 autem imperfectum. Et ideo dextrum erat ex  
 parte imparis. sinistrum ex pte paris. Quia  
 uero naturalia super magnitudines meth  
 maticas addunt uirtutem actiuam et passiuā  
 iō vltorius ponebant principia masculum 7  
 feminam Masculum enī ad uirtutem acti  
 uam pertinet. femineum ad passiuam quo  
 rum masculum pertinet ad imparē. femi  
 neum uero ad parē nūmexum. vt dictum  
 est. Ex uirtute autem actiua. et passiuā sequi  
 tur in rebus motus et quies. quorum mot⁹  
 quia deformatem habet. et alteritatem in  
 ordine ifiniti. et paris positioi. quies uero  
 in ordine finiti et imparis. Dñe autem mo  
 tum prime sunt circularē et rectum. Et iō  
 p̄n̄ rectum et curuum principia posuerunt  
 quorum rectum ad parē nūmexum p̄tinet  
 vnde et lineam rectam dualitatem esse dice  
 bant. Curuum uero siue circularē ratione  
 yniformitatis pertinet ad imparē qui in  
 diuisionem et forma unitatis retinet Nec  
 solum ponebant principia rerum quantum  
 ad actiones naturales et motus. sed etiam  
 quantum ad actiones animales Et quan  
 tum quidem ad cognitionem ponebant lu  
 cem et tenebras. quantum uero ad appeti  
 tum bonum et malum. Nam lux est cogniti  
 onis pncipiū. tenebre nō ignorantie aperi  
 bit Bonū etiā ē i qd appetitus rēdit Malū  
 nō a q̄ recedit Diuersitas at̄ p̄fectiois. 7 im  
 p̄fectiois nō solū nālib⁹ et uolūtariis uirtu



lib<sup>9</sup> et motib<sup>9</sup> incitur s; eti magnitudine et figuris. Que qd figure itelliguntur vt super uenientes substatiis magnitudinū sic uirtutes mot<sup>9</sup> et actōes substatiis rez nāliū. Et ideo qm ad h<sup>9</sup> ponebat qd rāgulare. i. qdratū. et altera pte lōg<sup>9</sup>. D<sup>9</sup> aut qdratū figura constans ex quor laterib<sup>9</sup> eqlib<sup>9</sup> cui<sup>9</sup> quor āguli sunt recti. Et pūcit tal figura ex ductu ali cui<sup>9</sup> linee i seipaz. Vñ cū ex ipa unitate cāetur ad nūerū parem pūctet. I figura nō alia pte lōgior d<sup>9</sup>. cui<sup>9</sup> oēs āguli sūt recti et lafa viciis sibi oppoita si eqlia nō tñ oia latera sunt eqlia omnibus. Vñ patet qd sic qdratū pūrgit ex ductu un<sup>9</sup> linee i seipā ita figura altera parte lōgior ex ductu duaz lineaz in vñā. Et sic pertinet ad nūerū parē qm<sup>9</sup> ē dualitas. Quod modū videt. rē. Dic ponit terciā opinionē. pietagoricōz dñs qd Almecon trigonatis sic dictus a ciuitate vñ oriund<sup>9</sup> fuit videt suscipē qm<sup>9</sup> ad aliqd idē qd p̄dicti pietagorici dixerunt. s. qd plura cōtraria sit r̄ncipia. Aut. n. accepit a pietagorici aut illi ab isto. Et qd utrūq; ēē potuerit patet p hoc qd fuit contēporanē pietagoricoz. ita tñ qd icēpit p̄hari pietagōa sene extite. Sed qualitercūq; fuerit multum siliter enūtiāuit pietagoricis. Dixit enī qd multa qd sunt humanaz. i. multitudo rez sēsbiliū est in quadam dualitate constituta intelligens per dualitatem opposita p̄ie. Sed tñ i hoc differet a p̄dictis qd pietagorici dicebant det̄minatas p̄trarietates ēē rez p̄ncipia. S; ille proiecit qm i ordiate ponēs quascūq; p̄rietates qd a fortūa ad mētem suā deuēiebāt ēē rez p̄ncipia sic albū nigrū dulce amarū et sic d̄ aliis. Ex his igit ābob<sup>9</sup>. rē. Dic colligit ex p̄dictis qd pietagorici de p̄ncipis scierunt r̄ quō p̄ncipia ab eis posita ad ali quod gen<sup>9</sup> ēē reducātur. Dicit. g. quod ex ambobus p̄dictis. s. almecone et pietagoricis vna comunis opinio accipi potest. s. qd p̄ncipia entū sunt contraria quod non est ab aliis dictum. Quod intelligendum est circa causam materiale. Nam circa causam effie entem posuit Empe. contrarietatem. Antiqui uero naturales contraria posuerūt p̄ncipia ut rax et densum. contrarietatem tamē ex parte forme assignantes. Empe. uō estū p̄ncipia posuit quor elementa non tamen posuit ea p̄ncipia materialia. ratione contrarietatis sed propter earum naturas et substancias. Illi uero contrarietatem ex parte materie posuerunt. que etiam sunt ista contraria que isti posuerunt patet ex dictis. Sed quomodo p̄dicta p̄ncipia contraria ab eis posita possunt cōduci. i. reduci ad

p̄dictas species causarum nō est manifeste articulatum. i. distincte expressum ab eis. Tamen videtur quod huiusmodi p̄ncipia ordinentur rebus secundū speciem ēē cāe materialis. Dicunt enim quod substancia rerū constituitur et plasmatur ab istis p̄ncipiis sicut ex his que insunt quod est ratio cause materialis. Materia enim est ex qua fit ali quid cum insit. Quod quidez dicitur ad differēntiam priuationis ex qua etiam dicitur aliquid fieri non tamen inest sicut dicitur mulicum fieri ex non mulico.

## unt autēz ali

qui rē. Dic ponit opinōes p̄horum de toto uniuerso sic de uno ente. Et circa hoc. d. facit primo ponit eoz opiniones in comuni. Secundo ostendit quomodo cōsideratio huius opinōis ad presentem tractatum pertineat et quomodo non. ibi igitur ad presentem rē. Dic ergo qd aliqui alii philosophi a p̄dictis fuerūt qui nūciauerunt de omni. i. de uniuerso. qd de una natura. i. qd totum uniuersum esset vnum ens uel una natura. Quod tamen nō eodem modo omnes posuerunt sicut infra patebit. Ipso tñ mō ergo diuersificati sunt nec bñ dixerūt. nec nāliū. Null<sup>9</sup>. n. eoz nāliū locut<sup>9</sup> ē. qd motū reb<sup>9</sup> subtrahūt. Null<sup>9</sup> ē bene locut<sup>9</sup> ē. qd pōnem ipossibilem posuerunt et p rōnes sophycas. sic p̄ p. p̄p̄corū.

Igitur ad p̄ntes h̄t. Dic ostēdit quō cōsideratio hui<sup>9</sup> p̄ncipis ad p̄sentē tractatū p̄inet. et quō nō. Et p. ostēdit qd n̄ p̄inet si cōsideretur eoz pō. Secundo ostēdit qd p̄inet si p̄sideret rō uel p̄ncipis. mod<sup>9</sup> ibi. S; qd secū dū cāz rē. dic g. qd isti p̄p̄ posuerunt tñ unū ens et unū nō pōt sui ipius ēē cā. p̄ qd ipi non potuerūt inuenire cās. Nā pō causaz diuersitatē in reb<sup>9</sup> exigit. Vñ quātū ad p̄ntē p̄scrutacionē qd est de cās n̄ p̄gruit ut sermo de eis h̄atur. Secus autem est. de antiquis n̄alibus qui tñ ens posuerunt esse unum de qb<sup>9</sup> d; h̄ sermo h̄ri. illi enīz ex illo vno generant multa sic ex mā. Et sic ponunt causas et causatū. Sed isti de quibus nunc agitur. alio modo dicunt. Non enim dicunt quod sint omnia secundum materiam ita qd ex uno omnia generentur sed dicunt qd simpliciter sunt vnum et ratio huius diuersitatis est qd antiqui naturales apponebant motum illis qui ponebant vnum. principium et unum ēē dñtes ipsum esse mobile. Et ideo per aliquē mōz motus sicut per rarefactionem et cōdē p̄sationem poterant ex illo uno diuersa generari. E. per hunc modum dicebant qd



nerari omne totū uniuersū secundū diuersita  
 te q̄i partib⁹ ei⁹ inēit Et tñ q̄a nō ponebāt  
 nariatēem secundū substantiā nisi secundū  
 accitiā ut. s. dicitū ē iō reliquebat q̄ ro  
 tum uniuersū ēēt unū secundū substantiā di  
 uersificatū tñ secundū accidētia Sed isti di  
 cebāt illud q̄ ponebant ēē unūz penitus  
 immobile. Et iō ex illa uno nō poterat aliq̄ di  
 uersitas rerum cārī 7 pp̄ h nec scdm substan  
 tiā nec scdm accidētia pluralitatē i reb⁹ po  
 nere poterāt. Sz qdā scdm tñ 7c. Dic  
 ondit quomō eoz opio p̄treat ad p̄tēē p  
 scrutatiōez et p̄mo ḡnāliter de oibus. Scdō  
 specialr de parmēide ibi Igit̄ hū. dic̄ ḡ. p̄.  
 q̄ lz diuersitatē reb⁹ auferrent et p̄ p̄ns cā  
 litatē tñ eoz opio ē pp̄ria p̄nti i q̄ntū scdm  
 tñ q̄ntū dicēt q̄ntū. s. ad mōz ponēdi et q̄ntū  
 ad rōem positionis. Demenides. n. qui fuit  
 vn⁹ ex eis uidet̄ tāgē unitatem secundūz rō  
 nē. i. ex pte forme. Argumētā enim sic  
 Quicqd̄ ē p̄ter ens ē nō ens et qcquid ē n̄  
 ēs ē nihil. ḡ. qcqd̄ ē p̄ter ens ē nihil. Sed  
 ens est unūz. Ergo quicqd̄ est p̄ter unūz ē  
 nihil in quo patet q̄ p̄siderabat ipsā ratio  
 nem essēdi que uidetur esse una quia non  
 p̄t̄ intelligi q̄ ad rationem entis aliquid su  
 perueniat per quod diuersificetur quia illō  
 quod superuenit enti oportet ēē extraneuz  
 ab ente. Quod autē ē huiusmōi ē nihil Vn  
 denon uidet̄ q̄ possit diuersificare ēs sicut  
 et uidemus q̄ differentie adueniētes generi  
 diuersificāt ipsū q̄ tamen sunt p̄ter substantiā  
 eius. Non enī p̄ticipant differētie gen⁹ ut  
 dicit̄ q̄rto topicorum. Aliter si genus esset d̄  
 substantiā differētie in diffinitionibus ēēt nu  
 gatio demū poito genē adderetur differen  
 tia si de ei⁹ substantiā esset genus sicut ē nu  
 gatio si species adderetur. In nullo ēt diffe  
 rentia aspetie differret. Ea uero que sūt pre  
 ter substantiāz entis oportet ēē non ens. Et  
 ita nō possūt diuersificare ens. Sed in hoc  
 decipiebantur quia utebātur ente quasi una  
 ratione et una natura sicut est natura alicu  
 us generis. Hoc enī est impossibile. Ens  
 enim nō est genus. sed multipliciter dicitur  
 de diuersis. Et ideo i primo pbificorum di  
 citur q̄ hec est falsa ēs est unum. Non enim  
 habet unam naturam sicut unum genus uel  
 una species sed Dellissus considerabat  
 ens ex parte materie. Argumentabatur e  
 nim ex unitate entis ex eo q̄ ens non genera  
 tur ex aliquo priori quod proprie pertinet  
 ad materiam que est ingēnita. Arguebat e  
 nim sic quod est generatum habet principi  
 um ergo quod non est generatum non habet  
 principium. Ens n̄ ē ḡnātū ḡ. n̄ habet p̄nci

piū Qd̄ aut̄ caret p̄ncipio et sine caret. ḡ. ē  
 finitū. Et si ē finitū ē immobile q̄a finitū nō hē  
 ē se q̄ moueat Qd̄ aut̄ ēs nō ḡnēt p̄bat sic  
 q̄a si ḡnāt aut̄ ḡnāt ex ēte aut ex n̄ ente. Nō  
 ex n̄ ente q̄a n̄ ēs ē nihil et ex nihilo nihil fit  
 Nec ex ēte q̄a sic aliqd̄ ēēt an̄ q̄ fiet ḡ. nullo  
 mō ḡnatur In qua qdē rōne p̄z q̄ tetigit ēs  
 ex pte materie q̄a nō ḡnari ex aliq̄ p̄mo ēte  
 materie ē Et q̄a finitū p̄tiet ad formā ifini  
 tū vō ad materiā Delliss⁹ q̄ p̄siderabat ēs ex  
 pte mē dixit ēē unum ens infinitum. Sic igi  
 tar i q̄ntum p̄siderauit ēs rōe mē et fore icta  
 re de his pertiet ad p̄ntē p̄sideratōez q̄a mā  
 et forma i numero cārū ponūt Senapho  
 nes vō q̄ fuit p̄mus iter d̄ntes oia ēē unū unū  
 ēt permēides fuit ei⁹ discipuls nō explanauit  
 qua rōe d̄ret oia esse unū nec scdm rōnem  
 aliq̄ ex pte mē nec ex parte forme. Et sic de  
 neutra nā. s. n̄z de mā neq̄ de forma uis⁹ est  
 tangē hos. i. pertingē et adēq̄re eos in rōna  
 litate dicēdi sed respiciēs ad totū celū dixit  
 esse ipm unū deū. Antig. n. dicebāt ipm unū  
 dū ēē vū Vnde uidens omnes ptes mundi  
 i hoc esse silēs q̄a corporee sūt iudicauit de  
 eis q̄i oia ēēt unum Et sicut predicti post  
 erunt unitatē entium per considerationem  
 eorum que pertinent ad formam uel ad ma  
 teriam ita ille respiciens ad ipsum composi  
 tum. Igitur hū 7c. N̄c specialiter itendit  
 dicē q̄no opinio vermēdis ad p̄scutōez p̄tē  
 tē pertieat cōcludēs ex p̄dictis q̄ q̄a diuersi  
 tatē auferēbāt 7 p̄ p̄ns cālitatē q̄ntū ad p̄tēē  
 q̄nē p̄tiet oēs p̄mittēdi s̄ Sz duo eorum  
 s. Senaphōes 7 Delliss⁹ s̄ p̄tēē p̄mittē  
 di q̄a aliq̄ntū fuerat agrestiores. i. min⁹ sub  
 tilis p̄cedētes Sz p̄menides uis⁹ ē dicē suaz  
 opionē magis uidēs. i. q̄i pl⁹ itelligēs. Vn̄  
 enī tali rōe qcqd̄ ē p̄ter ens ē nō ēs 7 qcqd̄ ē  
 nō ēs designat̄ ēē nihil. i. dignuz reputat̄ ēē  
 nihil. Vn̄ ex n̄itate putat̄ seq̄ q̄ ens sit unū  
 et qcqd̄ ē aliud ab ēte sit nihil. De q̄ qd̄ rōe  
 māifesti⁹ d̄cū ē p̄ pbificoz. Lz at̄ p̄menides  
 ista rōe cogat̄ ad ponēdi oia ēē unū tñ q̄a sē  
 sui apparebat mltitudinē ēē i reb⁹ coact⁹ seq̄  
 ea q̄ apparēt uoluit i sua pōne utriq̄ satisfā  
 cere et apparētie sēl⁹ 7 rōni. Vnde dixit q̄  
 oia sūt unū secundū rōez s̄ s̄ p̄ta scd̄z sēlū Et  
 i q̄ntū pōebat p̄talitatē scd̄z sēlū potuit i reb⁹  
 ponere cāz et cātū. Vn̄ posuit duas cās. s. ca  
 lidū 7 frigidū quorum unū attribuebat igni  
 aliō terre. Et unūz uidebat p̄tēre ad cāz effi  
 ciētē. s. ad calū et ignis aliō ad cām materi  
 alē. s. frigidū et tra Et ne ei⁹ pō fuerōi uide  
 ret̄ ēē oppoita q̄ p̄clūbat q̄ qcqd̄ ē p̄ unū ē  
 nihil dicebat q̄ unū p̄cōz. s. calū erat ēs  
 altū vō q̄ ē p̄ illō unū ēl. s. s̄m dicebat ēē n̄



ens secundum rationem et rei veritatem esse ens  
solum secundum appareniam sensus. In hoc autem aliq-  
uando ad veritatem appropinquat. Nam principium male non est  
esse in actu cui attribuebat rationem sicut et alterum primo  
ratio est ut privatio ut dicitur philosophorum primo. Privatio  
autem ad rationem non entis pertinet. Unde et frigiditas  
quodammodo est privatio caliditatis et sic est non esse. Pro-  
greditur per predictis. hic recolligit ea quae dicta sunt de opi-  
nionibus antiquorum ut accipiebat quot genera causarum  
predicti posuerunt. Et tunc hoc .d. f. p. recolligit  
ea quae dicta sunt de opinionibus antiquorum naturalium .2.  
quae dicta sunt de opinionibus pythagoricorum quae mathe-  
matica introduxerunt ibi pythagorici .7c. Con-  
cludit ergo per et dictis quod ex his predictis. quod  
idem considerabat. scilicet esse causas male rerum substantiam et  
quod accipiebat per rationem sapere causas rerum ignorando  
ipsas accepimus eas quae decem sunt. A primis namque  
phis acceptum est quod principium omnium rerum est corpo-  
reum. Quod per hoc quod aqua et huiusmodi quae in-  
cipia rerum ponebant quaedam corpora sunt. In hoc  
autem differabat quod quaedam ponebant illud principium  
corporeum esse unum tantum sicut. Thales Drogenei  
et Miles. Quidam vero ponebant esse plura sicut Ana-  
xa. Democri. et Empedo. Uterque tamen isti  
quod ponebant unum quod illi quod ponebant plura esse  
huius corporea principia ponebant in specie  
causae materialis. Quidam vero eorum non solum causas materi-  
ales posuerunt. sed etiam ea addiderunt causas. Unde  
principium motus quidam quod ea unam ponentes  
sicut Anax. intelligit et pmetides amore. quaedam vero  
duas sicut Empedo. amore et odium. Unde per  
quod predicti philosophi quod fuerunt usque ad pythagoras. scilicet pic-  
tagoras et absque illis. id est separata opinionem ha-  
bentes de rebus non coincidunt opinionibus pic-  
tagoricorum obscuri dixerunt de principis quae  
non assignabant ad quod genus causa huiusmodi princi-  
pia reduceretur et tamen utebantur duabus causis  
scilicet principio motus et materia et altera istarum. scilicet ipsarum  
unum principium motus quaedam fecerunt unam ut dictum est  
quoddam duas. Pythagorici vero. hic recol-  
ligit quae dicta sunt a pythagoricis et quantum ad id  
quod erat commune cum predictis et quantum ad id quod  
erat eis proprium. Eodem tamen fuit aliquibus predictorum  
pythagoricis quod ponerent duo principia aliquibus  
eodem modo cum predictis. sicut enim Empedo. ponebat  
duo principia. tria quorum unum erat principium  
honorum et alius principium malorum ita et pic-  
tagorici ut per et coordinatione principiorum  
priorum supposita pythagoricis. In hoc  
tamen non eodem modo quae Empedo. illa prin-  
cipia tria ponebat in specie causae movens. picta-  
gorici vero in specie causae materialis ut .s. dictum est.  
Pythagorici autem addiderunt quod erat eis pro-  
prium .s. opinionem aliorum. per quod quae dicebant quod  
hoc quod dico unum finitum et infinitum non erant acci-  
dentia aliquibus aliis naturis sicut igni aut tere-

aut alicui huiusmodi. Sed hoc quod dico unum finitum  
et infinitum erant sicut eorum dicitur quod predicabatur  
Et ex hoc concludebat quod numerus quod ex unitatibus  
constituitur sit substantia rerum omnium. Illi vero naturales  
ponerent unum et finitum seu infinitum tantum attribu-  
ebat ista alicui alii non sicut accidentia attribuitur sub-  
stantie ut igni vel aequae vel alicui huiusmodi. et  
addiderunt super alios philosophos quae acciperent dicitur  
et diffinire de ipso quod est substantia et rerum quod di-  
tate Sed tamen valde simpliciter de hoc tractaverunt super  
ficialiter diffinientes. Non enim attendebat in assignanda  
diffinitioibus nisi unum tantum. Dicebant enim quod  
si aliquis terminus decem esset alicui. per quod erat substantia  
illi rei sicut si aliquis esset quod proportio dupla  
sit substantia dualitatis quae talis proportio primo  
in numero binario invenitur. Et quae ens per se in-  
veniebatur in uno quod in multis. nam multa ex uno con-  
stituuntur. ideo dicebant quod ens est ipsa sub-  
stantia unius. Sed hec eorum determinatio  
non erat conveniens quae licet dualitas sit dupla  
non tamen idem est esse dualitatis et dupli. ita quod sit  
idem secundum rationem sicut diffinitio et diffinitus.  
Si autem esset verum quod illi dicebant sequeretur  
quod multa essent unum. Contingit enim aliqua  
multa primo inesse alicui unum sicut dualitati  
primo inesse paritas et proportio dupla. Et  
sic sequitur quod par et dupli sit idem sicut quod civitas  
quod est duellum sit idem dualitati ex quo duellum  
est dualitatis substantia. Quod idem etiam et  
pythagoricis contingebat. Nam multa et di-  
versa esse quae unum essent sicut proprietates  
minerales dicebant idem esse cum proprietatibus na-  
turalium rerum sic igitur concludit quod tot esse  
accipiebant a prioribus phis quod posterunt tan-  
tum unum principium materiale et ab aliis posse-  
rioribus qui posuerunt plura principia.

## ost dictasue

ro phias .7c. Postis opinionibus an-  
tiquorum de causa materiali et efficiente hic  
tertio post opinionem Plonis quod per manifeste in-  
dixit causas formales et dividi in .p. d. Primo  
enim ponit opinionem Plonis. Secundo colligit  
ex omnibus predictis quod de quatuor generibus causarum ab  
aliis phis sit positum ibi Brentii et recapitulat  
ter. .7c. Circa primum .d. f. primo post opinionem  
Plonis de rerum substantiis .2. de rerum principis  
ibi. Quia autem philosophus .7c. Circa secundum .d. f. primo  
ponit opinionem Plonis quantum ad hoc quod posuit  
ydeas .2. quantum ad hoc quod posuit causas medias  
scilicet mathematica separata ibi. Amplius autem  
preter sensibilia. Dicit ergo primo quod  
post omnes predictos philosophos super-  
venit negotium Plonis quod immediate. Alz. sicut  
sit Alz. Alz. ei discipulus fuisse philosophus  
si quod in multis secutus est pedes philosophus naturales. Em



pedo. Anax. et alios huiusmodi. Sz alia qdā  
hūt ppria pter illos pdictos phos pp pbiā  
praticoz et pictagoricoz. Nā ipse ut studio  
erat ad vritatis igitōz ubiq; terraz phos  
q̄sūt ut eoz dogma sciret. Vñ i ptaliā. Ta  
rētū venit et ab Archita tarētino pictagof  
disciplo d' opintōib' pictagoricis ē istruct'  
Cū. n. nāles phos q i grecia fuerāt seq ull' et  
et itra eos aliq posteriores ponerēt oīa sensi  
bilia sēp eē i fluxu et q scia de eis eē n' p' qd  
posuerit. Eradit' et Ercul' huiusmodi pōni  
b' tāq; nouis. Plo' osuet' et cū eis uicēs i  
hac pōne ipse posteri' ita eē suscepit Vnde  
dixit pticulariū scibilib' sciaz eē flināqdā  
Socrates ēt q fuit magister P'lonis et di  
scipls Archelaz q fuit auditor. Anax. pp  
hāc opintōez q suo tpe surrexerat q n' pōt eē  
de scibilib' scia noluit aliquid de rez naturis  
pseruari. Sz solū circa moralia negotiat'  
ē. Et ipse bus icēpit i moralib' q̄rere qd esset  
vniuersale et isistere ad diffinitōez. Vñ et  
Plo' tanq; ei' auditor recipiēs Socrate. i.  
scōns suscepit h' ad igrēnd' i reb' nālib' q̄i  
i eis hoc posset euenire ut uniuersale i eis ac  
ciperet de q' diffinitō traderet. Et ita q' dif  
finitio nō daret d' aliquo sensibiliū ga sensi  
bilia sūt sp' t̄smutātia. i. transmūtata non  
p' alicui' eoz cois rō assignari. Nam omnis  
ratio oportet q' et omni et semper comuni  
cat et ita aliq; imobilitatem requirit. Et i' dō  
huiusmodi entia ulia que sūt a rebus sensi  
bilibus seperata de quibus diffinitiones as  
signantur nominant' ydeas et spēs existentis  
un' sensibilib'. Ydeas quidem. i. formas  
inq̄tum ad earum similitudinem sen'ibilia  
constituebantur. species vero inq̄tum per  
earum participationem esse substantiale ha  
bebant. Vel ydeas inquantum erant prin  
cipium essendi. Spēs vero inq̄tum erant  
principium cognoscendi. Vnde et sensibi  
lia omnia habent ess' propter predictas yd  
eas et secundum eas. Propter eas quidem  
q̄nti ydeae sūt scibilib' eae eēndi. Scōz eas  
nō i q̄nti sūt eoz exēplaria. Et q' h' sit uerū  
p'z eo q' siglis spēsbus attribuatur multa i  
diuidua uniuoz. i. multa idiuia uniuo  
ce spēs pdicatōem suscipiētia et h' secūdu' pti  
cipatōez. Nam spēs uel ydea ē ipa nā spēs q'  
est existēs hō per eētā. Indiuidū at est  
hō p' p'cipatōez: i q̄nti nā spēs i hac mā defi  
gnata p'cipat. Quid. n. totalr ē aliqd n' pti  
cipat illō s; ē p eētā id illi. Sed nō nō tota  
liter ē aliqd hōis aliqd aliqd adiectū pprie p  
cipare dī. Sic si calor. eēt calor p se eēt  
nō dicētur p'cipare calōre q' nihil eēt i eo  
nisi calor. Ignis nō q' ē aliqd aliqd q' calō

d' p'cipat calōre. Sicut at cū yda hois sepa  
ta nihil aliqd hēat nisi ipsa nāz spēs ē eētialr  
hō. Et p'pae ab eo uocabatur p se hō. Sor.  
nō ul' Plo' q' hē p'pae nāz spēs p'cipiū idiu  
duas q' ē mā signata. iō d' secūdu' P'lonis  
p'cipare spēs. P' at nōm p'cipatōis. Plo'  
accepit' Pytagora. Sz tñ t̄smutauit ipz  
Pytagorici cū dicebāt nūeros eē hās rez  
sic p'loici ydas. Et dicebāt q' huiusmodi eēt  
tia scibilia erant q' qdā imutatōes nūeroz  
In q̄nti eni nūeri q' d' se pōne n' hōnt accipie  
bāt pōem corpora cābant. Sz q' Plo' yd  
as posuit imutabiles ad h'. q' de eis possent  
eē scie ad diffinitōes nō uicēbat eis i ydis  
uti noie imutatōis. Sz loco ei' ul' ē noie p  
ticipatōis. Sz tñ ē scied q' pictagoricis lz  
ponerēt p'cipatōez. i. imutatōem n' tñ p'pae  
tati sūt q̄nti spēs cois p'cipet ab idiuuis sc  
sibilib' sine ad ea imitet q' p'lonici ididex  
Ampli' at p'pae scibilia rē. hic poit opt  
onē p'lonis d' mathematicis substātiis r' dic  
q' Plo' posuit alias tertias sbās p' spēs et p'  
scibilia i. mathematica r' dixit q' huiusmodi  
entia erāt media triū substātiar' ita q' erāt. s  
scibilia et ifra spēs et ab utrisq; differebāt.  
Asensibilib' qd q' scibilia sūt corruptibi  
lia et mobilia mathematica vō sēpiterna et  
imoibilia. Et hoc accipiebāt ex ipa rōe scie  
mathematice. Nā mathematica a motu ab  
strahit Differūt uero mathematica a sp'rie  
bus q' i mathematicis inuēiuntur differētie  
scdm nūerū sita scdm spēm. Alias nō salua  
rēt dōmōnes mathematice scie. Nisi. n. esset  
duo triangli eius dē spēs frustra demāret ge  
ometra aliquos triqulos eē siles r' s' i ali  
is figuris. Hoc at i spēsbus n' accidit. Nam  
cū i spēs sepaata nihil aliqd sit nisi nā spēs n' pē  
eē siglaris spēs nisi vna. Lz eiz alia sit spēs  
hois alia asini tamē spēs hois nō ē nisi una  
nec spēs asini et similit' de aliis. Pz autē  
dilligēter intūcti rationes P'lonis q' ex h' i  
sua pōne errauit q' credidit q' mod' rei itel  
lecte i suo eē sit sic mod' itelligēdi rē ipsam.  
Et iō q' inuēit itelluz nrz duplez abstracte itelli  
get' uno mō sic uniuersalia itelligi' abstracta  
a siglarib'. alio mō sic methamatica abstra  
cta a scibilib' utriq; abstractōi itellec' posu  
it rēndē abstractōez ab eētū rez. Vñ posu  
it et mathematica eē sepaata et spēs. P' at n' ē  
necessarium nam intellectus. etsi itelligat  
res per h' q' simil' ē eis q̄nti ad spēs itelligibi  
lē p' quā sit i actu nō tñ oz q' mō illo sit spēs  
illa i intellectu q' in re intellecta. Nam omne  
qd ē in aliq. ē per modū ei' in q' ē. Et ideo  
ex n' intellectus que est alia a natura rei in  
tellecte necessarium est q' alijs sit modus



intelligēdi q̄ intellectus intelligit et ali<sup>o</sup> sit mo-  
 dus eēdi q̄ res existit. Et n. id i re eē oportet  
 q̄ intellect<sup>o</sup> intelligit nō tñ eodē mō. Vñ  
 quis intellect<sup>o</sup> intelligat mathematica nō coi-  
 intelligēdo sēnsibilia et uniuersalia p̄ particularia  
 n̄ tñ q̄ mathematica sit p̄ sēnsibilia et uilia  
 p̄ particularia. Nā uidem<sup>o</sup> q̄ et uis<sup>o</sup> percipit  
 colorē sine sapore cū i sēnsibilib<sup>o</sup> sapor et co-  
 lor sunt inuēiunt. Qm̄ hō spēs rē. Hic po-  
 nit opinionē Plonis de rez p̄ncipiis. Et cē  
 h<sup>o</sup>. d. f. p<sup>o</sup> eni posit q̄ p̄ncipia reb<sup>o</sup> Plō assi-  
 gnauit. et ad qd̄ gen<sup>o</sup> cāe reducunt ibi palā  
 ut ex dēis rē. Circa p̄mū duo facit. p<sup>o</sup> ponit  
 cuiusmodi p̄ncipia Plō assignauerit. et oñ  
 dit quō p̄lo cū pictagoricis p̄cet et i q<sup>o</sup> diffe-  
 rat ab eis. ibi. Et unū eē substantiā. Dic g<sup>o</sup>.  
 p<sup>o</sup> q̄ q̄ scōz. Pla. p̄les spēs separte sūt cāe  
 oib<sup>o</sup> aliis ent<sup>o</sup>. Ideo elemta spēs putauerūt  
 eē elta oius etiā. Et ideo assignabāt reb<sup>o</sup> p̄  
 m̄ magnū. et p̄uiz et q̄ substantiā rez. i. for-  
 mā dicebāt eē unū. Et h̄ ideo q̄ ista p̄cebat  
 eē p̄ncipia spēs. Dicebāt. n. q̄ sic spēs si sē-  
 nsibilib<sup>o</sup> forme ita unū e forā spērū. Et ideo  
 sic sēnsibilia p̄stituerūt ex p̄ncipiis ul<sup>o</sup> b<sup>o</sup> p̄ti-  
 cipatōz. spēs ita spēs q̄s dicebat eē nūeros  
 p̄stituerunt secūdi eū ex illis. s. mag<sup>o</sup> et puo  
 Unitas. n. diuersas nūerorū spēs p̄stituit p̄  
 additōem et subtractōem in qb<sup>o</sup> p̄stitit rō ma-  
 gni et pui. Vñ cū unū opinaret eē sbām etiā  
 q̄ n̄ distigebat iter unū q̄ e p̄ncipiū nūeri  
 et unum q̄ conuertitur cum ente uidebatur  
 sibi q̄ hoc modo multiplicarentur diuersae  
 spēs separte et una que est comunis sub-  
 stantia sicut et unitate diuersae spēs nume-  
 rorum multiplicantur. Et unum substan-  
 tiā esse. hic p̄parat opionēz p̄ atōis Dicta-  
 gore. Et primo ostēdit i q<sup>o</sup> p̄ueiebāt. et i q<sup>o</sup>  
 differabant. ibi pro infinito. Conueniebant  
 autem in duabus rationibus quarum pri-  
 ma est q̄ unum sit substantia rerum. Dice-  
 bant enim platonici sicut etiam pictagorici  
 q̄ hoc quod dico unum non p̄bat de aliq<sup>o</sup>  
 alio ente sicut accidens de subiecto sed h<sup>o</sup>  
 signat substantiam rei. Et hoc ideo quia ut  
 dictum est nō distigebant inter unum qd̄  
 conuertitur cum ente et unum quod est  
 principium numeri. secunda sequitur ex pri-  
 ma. Dicebant enim platonici similiter ut  
 pictagorici numeros esse causas substantie  
 omnibus entibus. Et hoc ideo quia nume-  
 rus nihil aliud est quam unitates collecte.  
 Vnde si unitas est substantia oportet q̄ eē  
 numerus. Pro infinito uero rē. Hic oñ  
 dit in quo differabant. Et circa hoc duo fa-  
 cit. primo enim ponit differentiam inter  
 eos. secūdo differentie causam. ibi unum igi-

tur et numeros rē. Est autem ista differen-  
 tia i duobus primo quantum ad hoc q̄ pic-  
 tagorici ponebat ut dictum est duo princi-  
 pia ex quibus res constituebantur. s. finiti  
 et infinitum quorum unum. s. infinitum se-  
 habet ex parte materie. Plato uero loco hu-  
 ius unius quod pictagoras posuit scilicet  
 infiniti fecit dualitatem ponens ex parte ma-  
 terie magnum et paruum. Et sic infinitum qd̄  
 Pictagoras posuit unum principium. Pla-  
 to posuit consistere ex magno et paruo. Et  
 hoc est proprium opinionis sue in compara-  
 tione ad pictagoram. Secunda differentia  
 est quia Plato posuit numeros preter sen-  
 sibilia et hoc dupl<sup>r</sup>. Ipsas enim species nu-  
 meros esse dicebat sicut. s. habitum est. Et  
 iterum inter species et sensibilia posuit ma-  
 thematicam ut. s. dictum est que secundum su-  
 am substantiam numeros esse dicebat. sed  
 pictagorici dicunt ipsas res sensibiles esse  
 numeros et non ponunt mathematica me-  
 dia inter species et sensibilia nec iterum po-  
 nit spēs separtas. Vnde ergo rē. Hic ostēdit  
 causam differentie et primo secunde. se-  
 cundo causas differentie prime. ibi. Quali-  
 tatem autem fere rē. Dicit ergo q̄ ponere  
 unum et numeros preter res sensibiles et  
 non in ipsis sensibilibus sicut pictagorici fe-  
 cerunt et iterum introducere species separa-  
 tas euenit platonici propter scritationem  
 que est in rationibus. i. propter hoc q̄ per-  
 scrutati sunt de diffinitionibus rerum quas  
 credebant non posse attribui rebus sensibi-  
 libus ut dictum est. Et hac necessitate fue-  
 runt coacti ponere quasdam res quibus dif-  
 finitio attribuitur. Sed pictagorici qui  
 fuerunt priores platone non participare-  
 runt dialecticam ad quam pertinet consti-  
 derare diffinitiones et ultra et alia huiusmo-  
 di quarum consideratio duxit ad introduc-  
 tionem ydearum. Dualitatem autem rē.  
 Hic ostēdit causam alteri<sup>o</sup> differentie que  
 .s. ex parte materie est. Et primo ponit cau-  
 sam huiusmodi differentie secundo ostēdit  
 Platonem non rationabiliter motum  
 esse ibi. Attū ep<sup>o</sup>. Dicit ergo q̄ ideo plato-  
 nici fecerunt dualitatem esse numerum que  
 est alia natura a speciebus quia omnes nu-  
 meri naturaliter generantur ex dualitate  
 preter numeros primos. Dicuntur autem  
 numeri primi quos nullus numerat sicut  
 ternarius quaternarius septenarius. vndena-  
 rius et sic de aliis. Vñ enim a sola unitate  
 constituuntur immediate. Numeri uero  
 quos aliquis alius numerus numerat non  
 dicuntur primi sed compositi sicut quater-



naribus quon numerat dualitas ⁊ uniuersa  
liter omnis numerus par a dualitate nume  
ratur. Unde quia numeri pares materie at  
tribuuntur cum eis attribuat infinitū qđ  
est mē ut. s. dictū ē. hac rōe posuit dualitatē  
et qua sic aliquo ethinagio. i. ex aliquo erē  
plari omnes alii numeri pares generantur  
Altañ ep. 27. Sic ostendit. Platonem  
irrationabiliter posuisse. Et circa hoc. d.  
. f. primo enim ex ratione naturali ostendit  
hoc. ⁊ etiam ponit rationem naturalem que  
Platonem mouebat ad suam opinionem  
ibi uidetur autem ex una materia. Dicit er  
go qđ quis Plato poneret dualitatem ex p  
te materie tamen ep. contingit sicut attestā  
tur opiniones omnium aliorum philoso  
phorum naturalium qui posuerunt contra  
rietatem ex parte forme et unitatem ex  
parte materie sicut patet primo phisico  
rum. Donebant enim rerum materiam ae  
rem uel aquam uel aliquid huiusmodi ex  
quo diuersitatem rerum constituebant per  
rarum et densum. que ponebat quasi princi  
pia formalia. Non enim est rationale po  
nere sicut Plato posuit. Et hoc quia ex ma  
teria uiderunt philosophi multa fieri p  
sue  
cessionem formarum in ipsa Illa enim ma  
teria quo modo substat vni forme postmōz  
substare poterit pluribus vno corrupto et  
alio generato. Sz una spēs siue una forma  
solum semel generat. i. constituit aliquid ge  
neratum. Cum enim aliquid generatur ac  
cipit formam que quidem forma eodem nu  
mero non potest alteri generato aduenire.  
Sed eē definit generato corrupto. In quo  
manifeste apparet qđ una materia ad multas  
formas se habet et non ep. una forma ad  
multas materias se habet. Et sic uidetur  
rationabilius ponere ex parte materie uni  
tatem sed dualitatem siue contrarietatem ex  
parte forme sicut posuerunt naturales qđ  
ep. sic posuit Plato. Videtur autem 27.  
Dic ponit rationem ep. ex his sensibilibus  
acceptam secundum opinionem Platonis  
Videbatur enim Plato qđ vnumquodqđ reci  
pitur in aliquo secundum mensurā recipien  
tis. Unde diuerse receptiones uidentur pro  
uenire ex diuersis mensuris recipientium.  
Vna autem materia est una mensura reci  
piendi. Vidit etiam qđ agens qui inducit  
spetiem facit multas res spetiem habentes  
cum sit vnus. Et hoc propter diuersitatem  
que est in materiis et huius exemplum  
apparet in masculo et femina. Nam mascu  
lus se habet ad feminam sicut agens et in  
primens spetiem et materiam. ⁊ femina au

tem impregnator ab vna actione uiri. Sed  
masculus vnus potest impregnare multas fe  
minas. Et inde est qđ posuit unitatem ex p  
te spetiei et dualitatem ex parte materie.  
Est autem attendendum qđ hec diuersi  
tas inter Platonem et naturales accidit pro  
pter diuersam de rebus considerationem.  
Naturales enim considerant tantum que  
sunt sensibilia prout sunt subiecta transmu  
tationi in qđ vnū subiectum successiue accipit  
contraria. Et ideo posuerunt unitatem ex  
parte materie et contrarietatem ex parte for  
me. Sed Plato ex consideratione uniuers  
salium deueniebat ad ponendum principia  
sensibilium rerum. Unde cum diuersitatis  
multorum singularium sub vno uniuersali  
causa sit diuisio materie posuit diuersitates  
ex parte materie et unitatem ex parte forme  
Tales sunt mutationes illorum principio  
rum que posuit Plato. i. participationes  
uel ut ita dicā influēcias in cāta Sic euis no  
men immutationis Pythagoras accepit uel  
immutationes in quantum Plato mutauit  
opinionem de principiis que primi natura  
les habuerunt ut ex predictis patet. Et sic  
patet ex predictis qđ plato de causis quesitis  
a nobis ita diffiniuit. Palaz autem ex dic  
tis 27. Sic ostendit ad quod genus cause  
principia a Platone posita reducuntur. Vi  
cit ergo ex dictis palam esse qđ Plato usus ē  
solum duobus generibus causar. Causa. n  
ipsa. i. causa qđ ē causa ei qđ quid ē. i. quicquid  
tatis rei. f. causa formalis p quā rei qđ ditas  
constituitur et etiaz usus est ipa materia Qđ  
ex hoc pz qa spēs quas posuit sunt alus. i.  
sensibilibus cause eius quod est. i. cāe  
formales. ipsis uero spetibus causa forma  
lis est hoc quod uidetur vnū ⁊ illa uidetur  
substantia de qua sunt speties sicut ens vnū  
ponit causam formalem spetierum i magni  
tudine et paruum ponit earum causam qua  
si materialem ut. s. dictum est. Et he quidē  
cause. f. formalis et materialis non solum  
sunt respectu spetierum sed et respectu sensi  
bilium quia vnū dicitur in spetibus. i. id  
quod hoc modo se habet ad sensibilia sicut  
vnū ad spetiem est ipsa speties quia ea du  
alitas que respon det sensibilibus pro mate  
ria est magnum et paruum Vterius Plato  
assignauit causam eius quod est bonum et  
malum in rebus et singulis elementis ab eo  
positis. Nam causam boni ascribebat spe  
tici. causam uero mali materie. Sed tam in  
causam boni et mali conari sunt inuestigare  
quidaz primorum philosophoy. f. Anax. ⁊  
Empedo. q ad h spetialiter aliquas causas





i<sup>o</sup> dicitur ut ab eis possent assignari princi-  
 pia boni et mali. In hoc autem quod boni causas et  
 mali tetigerunt aliquid modo accedebat ad ponē-  
 dum causam finale. In hoc per se sicut accidens eam  
 ponerent ut infra dicitur. Breuitat igitur et re-  
 capitulat. Dicit recolligit omnia que ab anti-  
 quis de causis sunt dicta. Et tunc hinc tria facit  
 primo ostendit quod priores philosophi nullam causam  
 de quatuor generibus causarum ab eis suppositis  
 addere potuerunt. 2<sup>o</sup> ostendit quod predictas  
 causas tetigerunt ibi. 3<sup>o</sup> ostendit obiectum et 3<sup>o</sup> con-  
 cludit conclusionem principaliter iterum ibi. I-  
 gitur quod recte dicitur. Dicit ergo quod breuiter  
 et sub quodam titulo siue compendio per-  
 trahendo dictum est quod philosophi et quod locuti sunt de prin-  
 cipis rebus et de veritate quod ad ipsam rebus sub-  
 stantiam. Sed ex eorum dictis tamen haberi potest quod nul-  
 lus eorum quod de causis et principis rerum di-  
 xerunt potuit dicere aliquas causas preter illas  
 que distincte sunt 2<sup>o</sup> philosophorum. Sed omnes  
 obicere. hic ponit quod iterum illas causas posue-  
 runt et primo in generali. 2<sup>o</sup> in speciali ibi. Illi  
 namque. Dicit ergo primo quod non solum ni-  
 hil addiderunt. sed nec. etiam ad eas perfec-  
 te peruenierunt sed eis aliquo modo appro-  
 pinquauerunt et hoc non manifeste sed abscondite  
 Non enim assignauerunt secundum quod generis  
 cause principia ab eis posita rerum cause ef-  
 fectiue. Sed solum posuerunt illa que ad aliquod  
 genus cause adaptari possunt. Illi namque  
 quod. Dicit ostendit in speciali quomodo sin-  
 gulas causas tetigerunt et primo quomodo  
 tetigerunt causam materiale. Secundo quo-  
 modo causam efficientem ibi. Illi vero ter-  
 tio quomodo causam formalem ibi. Quod  
 quid erat esse vero. Quarto quomodo causam fina-  
 lem ibi. Cuius generis causa. Dicit ergo primo  
 quod illi. s. priores philosophi omnes in hoc conueniunt  
 quod dant rebus aliquod principium quasi ma-  
 teriam. Differunt tamen in duobus. primo  
 quia quidam posuerunt unam materiam si-  
 cut Thales et Diogenes et similes qui-  
 dem plures sicut Empedo. Secundo qui-  
 dam posuerunt rerum materiam esse ali-  
 quod corpus sicut predicti philosophi qui  
 dam incorpoream sicut Plato qui posuit  
 dualitatem. Posuit enim Plato magnum  
 et paruum que non dicuntur aliquod corpus  
 Pythagorici vero. i. pythagorici posuerunt infini-  
 tum quod iterum non est corpus Empe-  
 do quatuor elementa que sunt corpora. Si-  
 militer Anaxago. posuit infinitatem simili-  
 um partium et infinitas partes consimiles  
 principia esse. Et hii omnes tetigerunt ta-  
 lem causam scilicet materiale. Et etiam il-  
 li qui dixerunt. Aerem aut aquam aut ignem

esse principium vel aliquod medium inter hec  
 elementa. s. ignem spiritum aerem subtilius. Om-  
 nes enim tales predicti tale corpus posuerunt et  
 se primum elementum. Et sic quod dicitur quod ad hoc  
 quod predicta sunt posuerunt solam causam materi-  
 alem. Illi vero non. Dicit ponit opinion-  
 ones de causa efficiente dicens quod alii predictorum  
 philosophorum posuerunt cum causa materiali causam unam  
 principium motus sicut quodamque posuerunt causas  
 rebus amore et odio et intellectu aut quod faciunt  
 aliquid principia agentia propter hoc sicut Parmenides  
 quod posuit ignem qui causam agentem. Quod quod  
 erat esse. Dicit ponit opiniones de causa for-  
 mali et dicit quod causa per quam scit quod esse rei et quod  
 est rei substantiam. i. causam formalem nullam manifeste re-  
 b<sup>o</sup> attribuit. Et si eni aliquid tangeret animam philosophi  
 quod pertinet ad causam formalem sicut Empedo. quod  
 posuit os et carnem habere aliquam rationem per quam  
 sunt huius non tamen hoc quod pertinet ad causam  
 formalem ponebat per modum cause sed in-  
 ter alios maxime appropinquauit ad ponē-  
 dum causam formalem qui posuerunt species  
 et eas rationes que ad species pertinent sicut  
 unitatem et numerum et alia huius. Species enim  
 ea que sunt modo predicto in speciebus ut unitas et  
 numerus non suscipiuntur vel ponuntur ab eis ut  
 motus rebus sensibilium cum potest ex parte rebus sensibi-  
 lium materia ponatur. Nec ponit eas ut causas  
 vel motus proueniat rebus ymo magis sunt  
 rebus causa immobilitatis. Quicquid enim  
 necessarium in sensibilibus inuenitur hoc  
 ex speciebus causari dicebant et ipsas. s. spe-  
 cies dicebant esse absque motu. Ad hoc enim  
 ab eis ponebantur ut dictum est quod immobili-  
 tes erant ymo formiter se haberent ita quod  
 eis possent dari definitiones et fieri demon-  
 strationes. Sed secundum eorum opinio-  
 nem species rebus singulis prestant quicquid  
 tatem per modum cause formalis et unitas  
 hoc ipsum prestat speciebus Cuius vero cau-  
 sa. Dicit ponit opiniones quorundam de  
 causa finali dicens quod philosophi quodam  
 modo finem cuius causa motus et transmu-  
 tationes et actiones sunt dicunt esse causam  
 et quodammodo non dicunt nec dicunt eo-  
 dem modo quo vera causa est Illi enim qui  
 dicunt causam esse intellectum vel amorem  
 ponunt ea causas que bonum. Dicebant enim huius  
 modi esse causas ut res bene se habeant Bonum. n.  
 causa esse non potest nisi bonum. Unde sequitur quod ponit  
 intellectum et amorem esse causam sicut bonum  
 est causa Bonum autem potest intelligi dupli-  
 citer uno modo sicut causa finalis quod aliquid fit gratia alii  
 cuius bonum. Alio modo per modum cause efficien-  
 tis sicut dicitur quod bonus homo facit bonum Illi et  
 ergo philosophi non dixerunt predicta bona esse causas que



horum causa aliquod entium sit aut fiat quod  
 pertinet ad rationem causae finalis sed quia a praedictis  
 intellectu et amore precedebat motus quod ad  
 esse et fieri res quod pertinet ad rationem causae effici-  
 entis. Similiter autem pythagorici et platonici  
 qui dixerunt rem substantiam esse ipsam unum et ens.  
 unum et ens attribuebant bonitatem. Et sic dice-  
 bant tale naturam. scilicet bonum esse rebus scilicet  
 debilibus causam substantie vel per modum causae for-  
 malis sicut Plato posuit vel per modum mensurae sic  
 pythagorici. Non tamen dicebant quod esse rerum  
 aut fieri esset huiusmodi causa. scilicet unum et ens quod  
 pertinet ad rationem causae finalis. Et sic sicut natu-  
 rales posuerunt bonum esse causam non per modum  
 causae formalis sed per modum causae efficientis ita  
 platonici posuerunt bonum esse causam per modum  
 causae formalis et non per modum causae finalis. Py-  
 thagorici vero per modum causae materialis. Unde  
 patet quod accidebat eis quodammodo dicere bonum esse  
 causam et quodammodo non dicere. Non enim simpliciter dicebant  
 bonum esse causam sed per accidens. Bonum enim secundum  
 propriam rationem est causa per modum  
 causae finalis. Quod et hoc patet quod bonum  
 est quod omnia appetunt. Id autem in quod  
 tendit appetitus est finis. bonum igitur secun-  
 dum propriam rationem est causa per mo-  
 dum finis. Illi igitur ponunt bonum simpli-  
 citer esse causam qui ponunt ipsum esse cau-  
 sam finalem. Qui autem attribuunt bono  
 alium modum causalitatis ponunt ipsum esse  
 causam et hoc per accidens quia non ex ratione bo-  
 ni sed ratione eius cui accidit esse bonum ut esse  
 actuum vel perfectuum. Unde patet quod isti  
 philosophi causam finalem non ponebant  
 nisi per accidens quia. scilicet ponebant pro causa id  
 cui convenit esse finem. scilicet bonum. Non ta-  
 men posuerunt ipsum esse causam per mo-  
 dum finalis causae ut dictum est. Ergo quia  
 recte dicitur. Sic concludit conclusionem prin-  
 cipaliter intentam. scilicet quod determinatio facta  
 superius de causis que et quot sint recta fuit  
 Divinis enim testimonium videntur prebe-  
 re predicti philosophi nullum genus cause na-  
 lentes addere supra predicta. Et hec utili-  
 tas provenit ex predictarum opinionum re-  
 citatione. Alia autem utilitas est quia in pa-  
 lam est quod principia rerum sunt queren-  
 da in ista scientia aut omnia que antiqui po-  
 suerunt et que superius sunt determinata  
 aut aliquod horum. Maxime enim hec sci-  
 entia considerat causam formalem et fina-  
 lem et aliquo modo etiam moventem. Nec  
 solum oportet predictas opiniones recitari  
 sed post hec transeundo dicendum est quo-  
 modo quilibet horum dixerit et in quo bene  
 et in quo male et quomodo ea que dicuntur

de principiis habet aliquam dubitationem  
 Ergo quicumque dicitur. Postquam recita-  
 vit opinionem philosophorum de principiis  
 is. Sic incipit eas improbare et dividitur  
 in duas partes. primo improbat singulas  
 opiniones secundo recolligit ea que dicta  
 sunt et continuat se ad sequentia ibi. Quo-  
 niam ergo dictas dicitur. Prima dividitur in  
 duas partes. Primo reprobat opiniones eor-  
 um qui naturaliter locuti sunt secundo re-  
 probat opiniones illorum qui non naturali-  
 ter sunt locuti scilicet pythagore et Platonico. eo quod  
 altiora principia posuerunt quam naturales ibi  
 Quoniam ergo dicitur. Circa primum duo  
 facit primo improbat opiniones eorum qui  
 posuerunt unam causam materialem secun-  
 do eorum qui posuerunt plures ibi. Idem  
 quoque et si quis. Circa primum duo facit  
 primo improbat opiniones predictas in gene-  
 rali secundo in speciali ibi. Ad hoc autem  
 est. Improbatur autem in generali triplici ra-  
 tione. Prima ratio talis est quia in rebus non  
 solum sunt corpora sed etiam quedam incorporea  
 ut patet ex libro de anima. Sed ipsi non posue-  
 runt principia nisi corpora. Quod ex hoc  
 patet quia ipsi ponebant unum esse. id est unum  
 versum esse unum secundum substantiam et  
 esse unam naturam quasi materiam et eam esse  
 corpoream et habentem mensuram. id est dimen-  
 sionem. Corpus autem non potest esse causa rei  
 incorporee. ergo patet quod in hoc deliquerunt  
 insufficienter rerum principia tradentes. Et non  
 solum in hoc sed in multis ut ex sequentibus ra-  
 tionibus apparet. De generatione quoque dicitur.  
 Sic ponit secundam rationem que talis est  
 quicumque habet necesse determinare de mo-  
 tu. oportet quod ponat causam motus sed pre-  
 dicti philosophi habebant necesse tractare  
 de motu quod ex duobus patet tum quia  
 ipsi conabatur dicere causas generationis et cor-  
 ruptionis rerum que sine motu non sunt. tum etiam  
 quia de rebus omnibus naturaliter tractare  
 volebant. naturalis autem consideratio req-  
 uirit motum eo quod natura est principium motus  
 et quietis ut patet secundo philosophorum er-  
 go debebant tractare de causa unde est prin-  
 cipium motus. Et ita cum illas auferat cau-  
 sam nihil de ea dicendo patet etiam quod in hoc  
 deliquerunt. Amplius autem dicitur. Sic  
 ponit tertiam rationem quilibet enim res na-  
 turalis habet substantiam. id est formam partem  
 Et quod quidem est id est quidditatem que est  
 forma totius vel formam dicitur in quantum est prin-  
 cipium subsistendi et quod quid est in quantum est  
 principium cognoscendi quia per eam sci-  
 tur quid est res. Sed predicti philosophi formam



non ponebant esse alicuius causam. ergo in  
sufficienter de rebus tractabant in hoc etiā  
delinquentes q̄ causam formalem pretermi-  
tebant. Et ad hoc q̄ h. hic reprobatur opi-  
niones eorum in speciali et hoc dupliciter.  
Primo quātū ad h. q̄ ponebāt etia p̄ter ignē  
ēē principia. Secūdo q̄tum ad hoc q̄ p̄ter  
mittebāt terram ibi. Si uero q̄ et generati-  
one rē. Primo ergo refutit eorum positio-  
nem quia uidz ponebāt esse elm quodlibet  
simplicium corporum preter terram. Et rō-  
nem opinionis ostendit quia ipsi uidebant  
simplicia corpora ex inuicem generari ita  
q̄ quedā sunt ex illis per concrecionē siue  
per inspersionem sicut grossiora ex subtili-  
oribus. ostendit etiam modum procedendi  
contra eorum opiniones et eorum rationi-  
bus. Donebant enim hac ratione aliquid  
istorum esse principium quia ex eo genera-  
bantur alia concrecionem uel discretōe Qui  
duo modi multum differunt quantum ad p̄-  
oritatem uel posteritatem eius et quo aliqd  
generatur. Nam secundum unum modum  
uidetur esse prius id ex quo generatur ali-  
quid per concrecionem. Et hanc rationem  
primo ponit. secundum uero alium modum  
uidetur esse prius illud ex quo generatur ali-  
quid per rarefactionem et hoc sumit secu-  
dam rationem. Quod enim illud ex quo ge-  
neratur aliquid per p̄tionem sit primum  
hoc attestatur opinioni que nunc habetur.  
q̄ illud sit elemētū maxime omnium ex quo  
alia fiunt per concrecionem. Quod quidez  
patet per rationem et eorū pōnes Per ratio-  
nem quidem quia id ex quo fiunt alia per  
concrecionem est hoc q̄ est subtilissimū inter  
corpora minutissimas partes hās. Et hoc  
esse uidetur simpliciter. Vnde si simpliciter ē pri-  
mū uidet q̄ hoc sit p̄mū Per eorū uō po-  
sitiones q̄a q̄cūq̄ posterunt ignē ēē p̄ncipiū  
posuerunt ipsum primum esse principium  
quia est subtilissimum corporum. Similiter  
autem alii uisi sunt hanc rationem sequi ex-  
timantes tale esse elementum corporum q̄s  
est subtiles partes habens. Quod ex hoc p̄z  
q̄ nullas posteriorum profecutus est poetarū  
theologos qui dixerunt terram esse elemētūz  
Et manifestum est q̄ hoc rennerunt ponerē  
propter magnitudinem partialitatis. i. pro-  
pter grossitatem partium. Constat autem q̄  
quodlibet aliorum trium elementorum acce-  
pit aliquem philosophum qui indicauit ipse  
esse principium Sed quia non dixerunt ter-  
ram principium esse ideo non potest dici q̄  
hoc non dixerunt: quia esset contra comu-  
nem opinionem. Nā multitudo hominū b. et

timabāt q̄ terra esset substantia oīz. Et ex  
od. etiam qui fuit unus de theologis po-  
etis dixit q̄ inter alia corpora primum fac-  
ta est terra. Et sic patet q̄ opinio q̄ terra est  
principium fuit antiqua quia ab ipsis poe-  
tis theologis posita qui fuerunt ante na-  
turales philosophos: et publica quia in eā  
p̄senserūt plures. Vñ restat q̄ hac sola rōe  
posteriores nāles euitauerūt ponē trā ēē p̄n-  
cipiūz p̄p̄ grossitē partū Sed constat q̄ tra-  
hēt grossiores p̄tes q̄ aqua et ignis et aer.  
et aer q̄ ignis et aqua q̄ aer et si qd ē medi-  
um inter ea grossius est q̄ ignis. Vnde pa-  
tet sequendo hanc rationem q̄ nullus eorū  
recte dixit nisi q̄ posuit ignem ēē p̄ncipiū.  
Nam ex quo ratione subtilitatis aliquid po-  
nitur principium necessarium est illud poni  
primum principium quod est omnium sub-  
tilissimum. Si uero q̄ ex generatione et  
cetera. Hic ponit aliam rationem per qua-  
conuerso uidetur q̄ terra sit maxime elemē-  
tum. Constat enim q̄ illud quod est in gene-  
ratione posterius est prius secundum natu-  
ram: eo q̄ natura in finem generationis ten-  
dit sicut in id quod est primum in eius inten-  
tione. Sed quanto aliquid est magis densum  
et compositum tanto est etiam posterius ge-  
neratione quia in uia generationis et sim-  
pliciter proceditur ad composita sicut ex ele-  
mentis fiunt mixta et ex mixtis humores et  
membra. ergo illud quod est magis cōposi-  
tum et spissum illud est prius secundum na-  
turam. Et sic sequitur contrarium et q̄ quod  
prima ratio concludebat. s. q̄ aqua sit prior  
aere et terra prior aqua quasi primum p̄n-  
cipium. Est autem attendendum q̄ dif-  
fert querere illud quod est prius in uno et  
eodem et illud quod est prius simpliciter.  
Si enim queratur quid est prius simpliciter  
oportet perfectum esse prius imperfecto sicut  
et actum potentia. Nihil enim reducitur de  
imperfecto ad perfectum. uel de potentia in  
actum nisi per aliquid perfectum eius acti.  
Et ideo si loquamur de potentia uniuersi  
oportet ipsum esse perfectissimum licet re-  
spectu unius particularis quod p̄cedit de pote-  
tia i actū ipsectū et potentia sit prius tempore  
licet posterius natura. Constat etiā q̄ primū  
oīum p̄ncipiū oīz ēē simplicissimum eo q̄ cō-  
posita dependent a simpliciter et non eōuer-  
so. Necessarium ergo erat antiquis natura-  
libus q̄ utrumq̄ attribuerent primo p̄n-  
cipio totius uniuersi. s. cum summa simplici-  
tate et maximam perfectionem. Nec anteq̄  
duo non p̄ssunt simul attribui alicui p̄n-  
cipio corporali. Nam in corporibus gene-



test aliquid fieri in infinitum. Deinde cum dicitur. Simul autem impossibile est. Ostendit quod predictorum modorum ex prima materia aliquid fiat. Unde considerandum est quod Aristoteles. utitur hic duabus communibus suppositionibus in quibus omnes antiqui naturales conveniebant quorum una est quod sit aliquid primum principium materiae. scilicet quod in generationibus rerum non procedatur in infinitum ex parte superiori. scilicet eius ex quo generatur. Secunda suppositio est quod prima materia est sempiterna. Ex hac igitur secunda suppositione statim procedit quod ex prima materia non fit aliquid secundum modo. scilicet sicut ex aere corrupto fit aqua quia. scilicet illud quod est sempiternum non potest corruptioni. Sed quia posset aliquis dicere quod primum principium materiale non ponit a physico sempiternum propter hoc quod unum numero manens sit sempiternum sed quia est sempiternum per successionem sicut si ponatur humanum genus sempiternum hoc excludit ex prima suppositione dicens quod quia generatio non est in finita in sursum. sed devenitur ad aliquod primum principium materiale necesse est quod si aliquid sit primum materiale principium ex quo fiunt alia per eius corruptionem quod non sit illud sempiternum de quo philosophi dicunt. Non enim posset esse illud primum materiale principium sempiternum si eo corrupto alia generarentur et iterum ipsum ex alio corrupto generaretur. Unde manifestum est quod ex primo materiali principio fit aliquid sicut ex imperfecto et in potentia existente quod est medium inter purum non ens. et ens actu. non autem sic aqua ex aere fit corrupto.

## implius autem

quod est et cuius causa est. Postquam probavit philosophus quod in causis moventibus et materialibus non proceditur in infinitum. hic ostendit idem in causa finali que nominatur cuius causa fit aliquid. Et ostendit propositum quatuor rationibus quarum prima talis est. Id quod est cuius causa. habet rationem finis. sed finis est id quod non est propter alia. sed alia sunt propter ipsum. aut ergo est aliquid tale aut nihil et si quidem fuerit aliquid tale ut. scilicet omnia sunt propter ipsum. et ipsum non sit propter alia ipsum erit ultimum in hoc genere. Et ita non procedetur in infinitum. Si autem nihil invenitur tale non erit finis. Et ita tollitur hoc genus cause quod dicitur cuius causa. Secundam rationem ponit ibi. Sed qui infinitum faciunt et cetera. Que derivatur ex premissa ratione. Ex prima enim ratione conclusum est quod qui ponunt infinitatem in



causis finalibus remoueat causam finalem  
 Remota autem causa finali remouetur natura  
 et ratio boni. Eadem enim ratio boni et fi  
 nis est. Nam bonum est quod omnia appetunt ut di  
 citur in principio ethicorum. Et ideo illi qui  
 ponunt infinitum in causis finalibus auferunt to  
 taliter naturam boni licet ipsi hoc non pec  
 piant. Tertiam rationem ponit ibi Et nul  
 lus conabitur etc. que talis est Si sit infinitum  
 in causis finalibus nullus poterit peruenire  
 ad ultimum terminum quia infinitorum non est ulti  
 mus terminus. Sed nullus conatur ad aliquid  
 faciendum nisi per hoc quod se erimat uenturum  
 ad aliquid sicut ad ultimum terminum. ergo  
 ponentes infinitum in causis finalibus exclu  
 dunt omnem conatum ad operandum et natura  
 lium rerum. Nullius enim rei motus naturalis  
 est nisi ad id ad quod nata est peruenire. Quar  
 tam rationem ponit ibi Neque utique erit intel  
 lectus etc. que talis est Qui ponit infinitum  
 in causis finalibus excludit terminum et per  
 consequens excludit finem cuius causa sit ali  
 quid. Sed omne agens per intellectum agit  
 causa alicuius finis ergo sequetur quod inter  
 causas operativas non sit intellectus. Et ita  
 tollitur intellectus practicus. Que cum sint in  
 conuenientia oportet remouere primum id est  
 et quo sequuntur. scilicet infinitum a causis finali  
 bus. Deinde cum dicit Sed nec quod quod erat  
 etc. Ostendit quod non sit infinitum in causis  
 formalibus. Et circa hoc duo facit. primo  
 proponit quod intendit. Secundo probat pro  
 positum ibi. Semper enim etc. Circa primum  
 considerandum est quod nunquodque consti  
 tuitur in specie per propriam formam. Unde  
 de diffinitione speciei maxime significat for  
 mam rei. Oportet ergo accipere processum  
 in formis secundum processum in diffinitio  
 nibus. In diffinitionibus enim una pars  
 est prior altera sicut genus est prius differen  
 tia. et differentiarum una est prior altera. Idem  
 ergo est quod in infinitum procedatur in for  
 mis et quod in infinitum procedatur in parti  
 bus diffinitionis. Et ideo uolens ostendere  
 quod non sit procedere in infinitum in causis  
 formalibus proponit non esse infinitum in  
 partibus diffinitionis. Et ideo dicit quod non  
 conuenit hoc quod quid erat esse in infinitum  
 reduci ad aliam diffinitionem ut sic semper  
 multiplicetur ratio. Data qui diffinit homi  
 nem in diffinitione eius ponit al. Unde dif  
 finitio hominis reducitur ad diffinitionem  
 animalis que ulterius reducitur ad diffinitio  
 nem alicuius alterius et sic multiplicatur ra  
 tio diffinitiva. Sed hoc non conuenit in in  
 finitum procedere. Non autem hoc dicimus

quod in uno et eodem individuo multiplicetur for  
 me secundum numerum generum et differentiarum ut  
 scilicet in homine sit alia forma a qua est homo et alia  
 a qua est al. et sic de aliis. sed quia necesse est ut in  
 rebus non tot gradus formarum inueniantur quot in  
 ueniuntur genera ordinata et differentie. Est eis in  
 rebus inuenire aliquam formam que est forma et non est forma  
 corporis et aliam que est forma corporis scilicet non est  
 forma aiatu corporis. et sic de aliis. Deinde  
 de cum dicit. Semper eis que ante est etc. Probat  
 propositum quatuor rationibus quarum pri  
 ma talis est. In multitudine formarum uel  
 rationum semper illa que est prior est magis  
 Quod non est intelligendum quod sit completi  
 or: quia forme specificę sunt complete. Sed  
 dicitur esse magis quia est in plus quam illa que  
 est posterior que non est ubicunque est prior.  
 Non enim ubicunque est ratio animalis est ra  
 tio hominis. Ex quo argumetur quod si pri  
 mum non est nec habitum. id est consequens est.  
 Si si in infinitum procedatur in rationibus et for  
 mis non erit prima ratio uel forma diffini  
 tiua ergo excludentur omnes priores. Se  
 cundam rationem ponit ibi. Amplius scire  
 differunt etc. Que talis est. Impossibile est ali  
 quid scire prius quam perueniat ad individua. Non  
 autem accipit hic individuum singulare: quia scia  
 non est de singularibus. Si individuum potest dici  
 ei uno modo ipsa ratio scilicet specialissime que  
 non diuiditur ulterius per essentielles differen  
 tias. Et secundum hoc intelligitur quod non habe  
 tur perfecta scia de re quousque perueniatur ad  
 speciem specialissimam. quia ille qui scit aliquid  
 in genere nodum habet perfectam scientiam  
 de re. Et secundum hanc expositionem oportet dicere quod si per  
 ma ratio concluderet quod in causis formalibus non pro  
 cedat in infinitum in sursum in hoc concludit quod non pro  
 cedat in infinitum in deorsum. Sic. non esset deuen  
 ire ad speciem specialissimam ergo ista potest destrui  
 it perfectam scientiam. Sed quia formalis deo non so  
 lum est secundum quod genus diuiditur per differentias  
 per cuius diuisionis peruationem species specialissima  
 potest dici individuum. Sed et est secundum quod dif  
 finitum diuiditur in partes diffinitiois ut patet in  
 principio libri physicorum. ideo individuum potest hic  
 dici cuius diffinitio non resoluitur in aliqua  
 diffinitia. Et secundum hoc supremum  
 genus est individuum. Et secundum hoc erit sen  
 sus quod non potest haberi scientia de re aliqua per  
 diffinitionem nisi deueniatur ad suprema ge  
 nera quibus ignoratis impossibile est aliquid  
 posteriorum sciri. Et secundum hoc concludit  
 ratio quod in causis formalibus non procedatur in infi  
 nitum in sursum sicut et prius. Vel ad idem  
 concludendum potest aliter exponi individuum ut  
 scilicet propositum immediata dicat individuum. Si enim



## SECUNDVS

procedatur in infinitum in diffinitionibus? siur  
 tu illa erit oppositio imediata. Et sic uniuersa  
 salu tollit scia que est de pelsioib? deductis  
 ex principis immediatis. Tertia rōez poit  
 ibi. Et cognoscere nō ē rē. q̄ procedit non  
 solū ad sciētiam excludēdā sed ad excluden  
 dum similit̄ omnē cognitionez humanā. Et  
 circa hanc rationem duo facit. primo ponit  
 rationem. secundo excludit obiectionem  
 quandam ibi. Non enim simile rē. Ratio  
 autem talis est. Nunquodq̄ cognoscitur  
 per intellectū sue forme. Sed si in formis p  
 cedatur i infinitū non poterant intelligi quia  
 infinitum inq̄tam huiusmodi non p̄prehē  
 ditur intellectu ergo ista positō uniuersaliter  
 destruit cognitionem. Deinde cum dicit  
 Non enim similiter rē. Excludit quandam  
 obiectionem. Posset enim aliquis dicere  
 q̄ illud quod habet infinitas formas potest  
 cognosci sicut et linea que in infinitum diui  
 ditur. Sed hec excludit dicens q̄ non est si  
 mile de linea cuius diuisiones non sunt. sed in  
 infinitum procedunt. Impossibile enī est q̄  
 aliquid intelligatur nisi i aliquo stetur. Vñ  
 linea inq̄tum statuitur ut finita in actu pro  
 pter suos terminos sic potest intelligi. secun  
 dū uerō q̄ nō statuitur in eius diuisione nō potest  
 sciri. Vnde nullus potest numerare diuisio  
 nes linee secundum q̄ in infinitum procedūt  
 Sed infinitum in formis est infinitum in ac  
 tu et non in potentia sicut est infinitum in di  
 uisione linee. Et ideo si essent infinite for  
 me nullo modo esset aliquid scitu uel no  
 tum. Deinde cū dicit. Sed materiam in  
 eo q̄ mouetur rē. Ponit quartam rationez  
 que talis est. In omni eo q̄ mouetur necesse  
 est intelligere materiam. Omne enī q̄ mo  
 uetur est in potentia. Ens autem in potentia  
 est materia. Ipsa autem materia habet ra  
 tionem infiniti et ipsi infinito q̄ est materia  
 conuenit ipsum nihil quia materia secundā  
 se intelligitur absq̄ omni forma. Et cum ei  
 quod est infinitum conueniat hoc quod est  
 nihil. sequitur per oppositum q̄ per illud  
 quod ē esse non sit infinitum et q̄ infinito. i.  
 mē nō sit esse infinitum s̄c̄ est per formā ḡ  
 nō ē infinitum in formis. Est aut̄ h̄ aduer  
 tendū q̄ hic ponit nihil esse de rōne ifiniti  
 nō q̄ priuatio sit de rōne mē sic. Nō posuit  
 nō distinguēs priuationē a mē. S̄ q̄a priua  
 tio est de rōne ifiniti. Nō enī ē i potētia h̄  
 rationē ifiniti nisi scōm q̄ est sub rōne pri  
 uationis ut patet in 3<sup>o</sup> phycorum. Deinde  
 cum dicit. Sed si infinite essent rē. Osten  
 dit q̄ non sunt infinite species causarum ta  
 li ratione. Tunc putamus nos scire unum

quodq̄ quādo cognoscimus diueras causas  
 eius. S̄ si sunt infinite cause secundū adiacē  
 tionē unius sp̄i ad aliam nō erit pertransif  
 istaz infinitatem ita q̄ possint oēs cāe cogno  
 sci ergo etiam per istum modum excludetur  
 cognitio rerum

## contingūt au

tē auditiōes rē. Postq̄ p̄bs off  
 dit q̄ cōsideratio ueritatis partī  
 ē difficilis et parti facilis et q̄ maxime p̄tiet  
 ad p̄mum philosophum hic ostendit quis sit  
 modus cōueniēs ad considerandum uerita  
 tem. Et circa hoc duo facit. Primo enī po  
 nit diuersos modos quos homines sequun  
 tur in consideratione ueritatis. Secūdo ostē  
 dit quis sit modus cōueniēs ibi. Propter q̄s  
 oportet erudiri rē. Circa primum duo facit  
 primo ostendit efficaciam consuetudinis i cō  
 sideratione ueritatis. secūdo concludit diuer  
 sos mōs quibus homines utūt i considera  
 tiōe ueritatis p̄pter diuersas cōsuetudines ibi  
 Alii igitur siue mathematici rē. Circa p̄mū  
 duo facit. primo ostendit ueritatem consue  
 tudinis in consideratione ueritatis. secūdo  
 manifestat per signū ibi Quātum uerō uim  
 habeat rē. Dicit ergo primo q̄ auditiō  
 nes p̄tīgūt i hoibus d̄ his q̄ sūt secūda siue  
 tudines. Ea eīz q̄ sunt p̄suetā libētī<sup>9</sup> audiūt  
 r̄ facilius recipiūt. Dignum eīz uidet̄ no  
 bis ut ita dicatur d̄ quocunq̄ sicut p̄sueuim<sup>9</sup>  
 audire. Et si qua dicant nobis p̄ter ea que cō  
 sueuimus audire si uidentur nobis filia in  
 ueritate his que p̄sueuimus audire. S̄ uidet̄  
 tur nobis minus nota et magis extranea a  
 ratione propter hoc q̄ sunt inconsuetā. Il  
 lud enim quod est consuetum est nobis ma  
 gis notū. Cuius ratio est quia consuetudo  
 uertitur in naturam. Vnde et habitus ex  
 consuetudine generatur quia inclinat per  
 modum nature. Ex hoc autem q̄ aliquis h̄  
 talem naturam uel talem habitum habet. p  
 portionem determinatam ad hoc uel illud  
 Requiritur autem ad quālibet cognitionez  
 determinata proportio cognoscentis ad co  
 gnoscibile. Et ideo secundum diuersitatem  
 nārū et habituum accidit diuersitas circa co  
 gnitionē. Videmus enim q̄ omnibus i secū  
 dum humanam naturam sunt inata prima  
 p̄ncipia r̄ secūda hitū ueritatis appet̄ uiciniq̄  
 bonū q̄s p̄uēt illi ueritati sic r̄ gustui v̄r aliqd  
 p̄uētēs scōzei<sup>9</sup> dispōnē. Sic i ḡ q̄a p̄suetudo  
 cāt hitū p̄sile nē p̄uēt q̄ ea q̄ sūt p̄suetā si no  
 tiōa. Deib̄ cū dicit Quartam uerō uim hēat rē  
 Manifestat q̄s dixerat p̄ q̄dā signū ostēdēs  
 q̄ leges ab omnibus polite ostendunt per



experientiam quatenus vim habeat consuetudo  
 in ob<sup>o</sup> qd legib<sup>o</sup> ppter consuetudines magis  
 ualeat fabulari et puerilit<sup>er</sup> dea ad h<sup>oc</sup> qd eis as  
 sciat qd cognitio ueritatis. Logi ar hic pbs d  
 legib<sup>o</sup> ab hoib<sup>o</sup> aduētis q ad conuersatio  
 nem civile sic ad ultimū finē ordinant. Et  
 ideo qd qd iuenerunt eas aliq<sup>u</sup> qbus hoib<sup>o</sup>  
 a retraherent a malis et puocarētur ad bo  
 na secūda diuersitatem gētium et nationū  
 in suis legib<sup>o</sup> tradiderunt quis multa eoz  
 essent uana et friuola que homines a pueri  
 tia audientes magis approbāt qd ueritatis  
 cognitionem. Sed lex diuina data ordi  
 nat hominem ad ueram felicitatem cui ois  
 ffitas repugnat. Unde lege di nulla falsi  
 tas cōtinetur. Deinde cum dic<sup>o</sup> qd ho  
 si n<sup>on</sup> mathematice rē. Sic ostēdit quomodo  
 homines i cōsideratione ueritatis propter  
 cōsuetudinem diuersos modos acceptant. et  
 dic<sup>o</sup> qd quidam nō recipiūt quod eis dicitur  
 nisi dicat eis per modum mathematicū.  
 Et hoc qui sem puenit propter p̄suetudinem  
 his qui i mathematicis sunt nutriti. Et quia  
 p̄suetudo est similis nature. potest etiam hoc  
 quibusdam p̄tingere propter dispōnem illis  
 s. qui sunt fortis ymaginatiois habētes itel  
 lectum multum eleuatū. Alii uero sūt qui  
 nihil uolūt recipere nisi pro quibus eis aliq<sup>u</sup>  
 exemplum sensibile uel propter p̄suetudinem  
 uel propter dominum scētiue uirtutis in eis  
 et debilitatem intellectus. Quidam uero sūt  
 qui nihil reputant esse dignum ut aliquid eis  
 inducat absq<sup>ue</sup> testimonio poete uel alicuius  
 auctoris. Et hoc etiam est uel pp cōsuetudi  
 nem uel propter defectum iudicii quia non  
 possūt iudicare utrum rō per certitudinem  
 pcludat. Et ideo quasi nō credētes suo iu  
 dicio requirunt iudicium alicuius notū. Sūt  
 etiam aliqui: qui oia uolunt sibi dici per cer  
 titudinem. i. per diligentem iquisitionem ra  
 tiois. Et hoc p̄tingit pp bonitatem intellectus  
 iudicantis et rōnis iquirentis dummodo nō  
 querat certitudo i his i quibus certitudo eē  
 nō p̄. Quidam dō sunt qui trāsā sed quid p  
 certitudinem cum diligēti d̄scussione iquirat  
 Quod quidam p̄ p̄tingere duplici. Vno  
 modo pp impotētiam p̄lectēdi. Habēt eiz  
 debilem rōnem. Unde nō sufficiūt ad p̄side  
 rādum ordinem p̄p̄tionis forū et postero  
 rū. Alio modo pp micrologiam. i. puoz rō  
 cinationem cuius similitudo quedā ē i certi  
 tudinali iquisitione que nihil id̄scussum re  
 linquit absq<sup>ue</sup> ad minima. Imaginatur autem  
 qdam qd si i symbolis puuicorum nō pertinet  
 ad liberalitatem qd debeant etiam in minima  
 computari in p̄cimo ita etiam sit quedam

importunitas et illiberalitas si homo uelit  
 circa cognitionem ueritatis etiā minima dis  
 cutere. Deinde cum dic<sup>o</sup>. Propter quod  
 oportet erudire rē. Ostendit quis sit modus  
 pueniens ad iquirēdum ueritatem. Et circa  
 hoc duo fac<sup>o</sup>. primo enim ostēdit quomodo  
 homo possit cognoscere modum pueniētem  
 i iquisitione ueritatis. secundo ostēdit qd ille  
 modus qui ē simplicit<sup>er</sup> melior nō debet i oib<sup>o</sup>  
 queri: *Alchirologia dō rē.* Dic ergo primo  
 qd quia diuersi secūdam diuersos modos ue  
 ritatem iquirunt. ideo o<sup>mn</sup> qd homo istruatur  
 per quem mōm i singulis sciētis sit recipien  
 da ea que dicunt. Et quia nō est facile qd ho  
 mo simul duo capiat s3 dum ad duo attēdit  
 neutrum capere potest absurdum est qd ho  
 mo simul querat scientiam et modum qui cō  
 uenit sciētiē. Et propter hoc debet p̄us ad i  
 scere logicam q̄ alias scientias quia logica  
 tradit communem mōm procedēdi i omni  
 bus aliis sciētis. modus autem p̄p̄us sin  
 gularum scientiarum i sciētis singulis cir  
 ca p̄ncipium tradi debet. Deinde cum di  
 cit. *Alchirologia uero rē.* Ostēdit qd ille mo  
 dus qui est simpliciter optimus non debet i  
 omnibus queri dicens qd alchirologia. i. dil  
 ligens et certa ratio sic est i mathematicis nō  
 d̄bet requiri i oibus rebus d̄ quibus sunt sci  
 entie. Sed debet solum requiri i his que nō  
 habent materiam. Ea enim que habent ma  
 teriam subiecta sunt motui et uariatōi. Et iō  
 non potest i eis oibus oimoda certitudo ha  
 beri. Queritur eim i eis non qd semper sit  
 et ex necessitate. s3 quid sit ut i pluribus. Im  
 materialia uero secūdam se ipa sunt certissi  
 ma quia sunt imobilia. Sed illa que i fini  
 tura sunt imaterialia non sunt certa nobis p  
 pter defectum intellectus nostri ut predictum  
 est. Quisimodi autem sūt substantie sepe  
 Sed mathematica sūt abstracta a materia et  
 tamen non sunt excedentia intellectum nostrū  
 Et iō i eis ē regrenda certissima rō. Et ga  
 ta nā ē circa mām. ideo iste modus certissime  
 rōnis nō p̄tinet ad nālem p̄m. Dic autē for  
 san pp corpora celestia ga non habent eodē  
 modo mām sic inferiora. Et quia i scia natu  
 rali non puenit iste certissimus rōnis mod<sup>o</sup>  
 ideo in scia naturali ad cognoscēdum mōm  
 pueniētem illi scie primo p̄scrutādū est qd  
 sit natura. Sic enim manifestum erit de qb<sup>o</sup>  
 sit scientia naturalis. Et iterum consideran  
 dum est si unius scientie. s. naturalis sit ois  
 cās et principia p̄siderare aut sit diuersarum  
 sciētiaz. Sic enim poterit scire quis modus  
 de mōstrādi puētiā naturali. Et hūc mōs ipe  
 obie. nat i secūdo p̄bicoz ut p̄z diligēt iuētū



# Necessesse ē nos

ad sciam rē. Postq̄ philosoph⁹  
 incipit. 3. l. in secundo libro ostēdit modū  
 p̄siderāde v̄tatis. hic procedit ad veritatis  
 p̄siderationē. Et p̄mo procedit modo dispu  
 tatio ondes ea q̄ sūt dubitabilia circa rez  
 v̄tate. 2. incipit determinare v̄tate ⁊ hoc i  
 quarto libro q̄ incipit ibi. Est sciētia q̄dā q̄ spe  
 culatur. Prima aut̄ ps dividit in p̄tes duas  
 In p̄ma dic̄ q̄ ē intētio. In secūda ereq̄t  
 p̄positū ibi. Est aut̄ dubitatio p̄ma q̄d rē. Cir  
 ca p̄mū duo facit. p̄mo dicit de quo ē intētio  
 2. rationē assignat sue intētiois ibi. Inest aut̄  
 inuestigare volētibus rē. Dicit ergo pri  
 mo q̄ ad hanc scientiam quā querimus de p̄  
 mis principiis et uniuersali v̄tate rerum ne  
 cesse est ut primum agrediamur ea de quib⁹  
 oportet dubitare anteq̄ veritas determine  
 tur. Sunt aut̄ huiusmodi dubitabilia pp̄ du  
 as rōnes. Vel quia antiqui p̄hy alit suscepe  
 runt opinionem de eis q̄ rei veritas habeat  
 vel quia omnino premisserunt de his p̄side  
 rare. Deinde cum dic̄. Inest aut̄ inuesti  
 gare volētibus rē. Assignat quatuor rōes  
 sue intētiois. Et primo dic̄ q̄ volentibus  
 inuestigare veritatem contingit p̄oepere. i.  
 aut̄ opus bene dubitare. i. bene attingere ad ea  
 que sunt dubitabilia. Et h̄ ideo quia posteri  
 or inuestigatio veritatis nihil aliud ē q̄ solo  
 prius dubitatorum. Manifestum ē autem in  
 solutione corporalium ligaminum q̄ ille qui  
 ignorat vinculum non potest solvere ipsum.  
 Dubitatio autem de aliqua re hoc modo se  
 h̄ ad mētē sic vinculum corporale ad cor  
 pus et eīdem effectum demōstrat. In q̄tuz  
 enim aliquis dubitat in tātum patit̄ aliquid  
 simile his qui sunt stricte ligati. Sic enī ille  
 qui habet pedes ligatos nō potest i antero  
 ra procedere secundum viam corporalez ita  
 ille qui dubitat quasi habēs mētē ligatam  
 n̄ p̄ ad anteriora procedē secū dū viā specula  
 tionis. Et iō sic ille qui nult solvere vinculu  
 z corporale. oz q̄ prius inspiciat vinculum et  
 modum ligationis ita ille qui nult solvere du  
 bitationem oportet q̄ prius ipeuetur om̄s  
 difficultates ⁊ eaz causas. Secūdam rō  
 nem ponit ibi. Et quia querentes rē. Et dic̄  
 q̄ illi qui uolunt inquirere v̄tatem n̄ p̄side  
 rādo prius dubitationem ass̄milantur illis  
 qui nesciunt quo vadant. Et hoc ideo quia  
 sicut terminus vie est illud quod intenditur  
 ab ambulante ita exclusio dubitationis est fi  
 nis qui intenditur ab inquirente veritatem.  
 Manifestum est autem q̄ ille qui nescit quo  
 vadat non potest directe ire nisi forte a caso

ergo nec aliquis potest directe inquirere v̄  
 tatem nisi prius uideat dubitationē. Ter  
 tiam rōnem ponit ibi. Et ad hoc rē. Et dic̄  
 q̄ ex hoc q̄ aliquis nescit quo vadat sequit̄  
 q̄ quando peruenit ad locum quem intēde  
 bat quia nescit utrum ille sit locus nescit ut  
 sit quiescens vel ulterius eundem. ita etiam  
 quando aliquis non precognoscit dubitatio  
 nem cuius solutio est finis inquisitionis. nō  
 potest scire quando inuenit v̄tatem quesitā  
 ⁊ quādo non: quia nescit finem sue iquisitio  
 nis qui ē manifestus ei qui primo dubitatio  
 nē cognouit. Quartā rōem poit ibi. Im  
 plus aut̄ rē. Que sumitur ex pte auditoris.  
 Auditorem eiz oz iudicare d̄ auditis. Sicut  
 autem i iudiciis nullus potest iudicare nisi au  
 diat rationes utriusq̄ partis ita necesse est  
 eum qui debet audire philosophiam: quia  
 melius se habet i iudicando si audierit om̄s  
 ratiōes quasi aduersariorum dubitātium.

Est autem attendēdum q̄ propter has ra  
 tiones cōsuetudo Aristo. fuit fere i omnib⁹  
 libris suis ut inquisitioni veritatis vel deter  
 minationi premitteret dubitationes emer  
 gentes. Sed in aliis libris sigillatim ad sin  
 gulas determinatiōes premittit dubitatiōes  
 hic vero simul premittit om̄s dubitatiōes ⁊  
 postea secū dū ordinem debitum determi  
 nat veritatem. Cuius rō est: quia alie sciē  
 tie cōsiderāt particularit̄ de veritate. vnde  
 et particularit̄ ad eas pertinet circa singulas  
 veritates dubitare. sed illa sciētia sic habet  
 uniuersalem cōsiderationem de veritate. ita  
 etiam ad eam pertinet utis dubita<sup>o</sup> de veri  
 tate. Et ideo n̄ particularit̄ sed simul n̄lem  
 dubitationem p̄sequit̄. Potest etiam ⁊ alia  
 esse rō quia dubitabilia que tangit se princi  
 palit̄ illa de quibus p̄hylosophi alit̄ opinati  
 sūt. Nō autem eodem ordine ip̄e procedit ad  
 iquisitionem v̄tatis ⁊ alit̄ p̄hylosophi. Ip̄se  
 eiz incipit a sensibilibus ⁊ māifestis ⁊ p̄cedit  
 ad sepata ut p̄z ifra in. vii. Alit̄ v̄o itelligi  
 bilia ⁊ abstracta uoluerūt sensibilibus applica  
 re. Vnde quia non erat eodem ordine deter  
 minaturus quo ordine processerūt. Alit̄ p̄hy  
 et quorum opinionibus dubitationes sequū  
 tur ideo p̄elegit primo ponere dubitationes  
 omnes seorsum ⁊ postea suo ordine dubita  
 tiones determinare. Tertiam rationem  
 assignat Auerrois dicēs hoc eē pp̄ affinitatē  
 huius scēe ad logicā que tāgit ifra i quarto  
 Et ideo dialecticā disputationem posuit q̄si  
 ptem principalē huius scientie.

## Et autem du

bitatio prima quidē rē. Secūda



ea que p̄dicit p̄bs incipit hic p̄mittere dubitationes determinationi veritatis. Et dividit i duas partes. In prima ponit dubitationes In secunda causas dubitationum inducendo rationes ad singulas dubitationes ibi. Primum ergo de quibus in primis diximus &c. Dicitur enim est autem in secundo libro q̄ pri<sup>o</sup> oportet querere modum scientie q̄ ipam scientiam et ideo primo ponit dubitationes pertinentes ad modum considerationis huius scientie. 2<sup>o</sup> ponit dubitationes pertinentes ad prima principia de quibus est ista scientia ut in primo libro dictum est et hoc ibi. Et utrum principia et elementa &c. Ad modum autem scientie huius duo pertinent ut i secundo dictum est. s. consideratio causarum ex quibus scientia demonstrat et iterum res de quibus scientia considerat. Unde circa primum duo facit primo movet dubitationem pertinentem ad considerationem causarum. Secundo movet multas dubitationes pertinentes ad ea de quibus est h̄ scientia ibi. Et utrum substantie principia prima &c. Dicitur g<sup>o</sup> q̄ p̄ma dubitatio est quia dubitatio p̄posuim<sup>o</sup> i sic sc̄o libri q̄ est q̄i p̄hemiū ad totā sciā. s. utrum p̄sidera<sup>o</sup> eāz quorū sc̄oz q̄tuor ḡia p̄tineat ad unā scientiā ul<sup>o</sup> ad multas et diversas. Et h<sup>o</sup> est q̄ref<sup>o</sup> utrum un<sup>o</sup> sc̄ie z sc̄ipue hui<sup>o</sup> sit demonstrare ex oibus cāis vel magis dīve se sc̄ie ex dīver<sup>o</sup> sis cāis demonstrēt. Deinde cū dicit. Et utrum substantie principia &c. Movet dubitationes de his de quibus p̄siderat ista sc̄ia. Et primo inquirit de quibus considerat ista sc̄ia sicut d̄ substantiis &c. Secundo de quibus considerat ista scientia sicut de accidentibus ibi. Et utrum circa substantias &c. Circa primum duo facit. primo multiplicat questiones ex parte ipsius scientie que est de substantia. Secundo ex parte substantiarum ipsarum ibi. Et hoc idem quoque &c. Circa primum ponit tres questiones. Supposito enim ex his que in primo libro dicta sunt q̄ ista scientia consideret principia prima. p̄ma q̄d h̄ erit utrum ad hanc scientiā solū p̄tineat cognoscere p̄ma principia s̄b̄ aut et ad hanc scientiā p̄tineat p̄siderare de primis principis demonstrationis ex quibus omnes scientie demonstrant. ut puta q̄ hec scientia consideret utrum contingat unum affirmare et negare vel non. Et s̄ militer de aliis demonstrationis principis primis et per se notis. Secunda questio est si ista scientia est consideratiua substantie sicut primi entis z utrum sit una scientia considerans oēs s̄bas vel sint plures scientie de diversis substantiis. Videt. n. q̄ d̄ plibus substantiis debet eē plures scientie. Tertia questio est. si sint plures scientie d̄

pluribus substantiis utrum omnes sint cognate. i. unū ḡis sicut geometria et arithmetica sunt in ḡie mathematice scientie vel nō sint unius ḡis sed quedam eaz sunt in ḡie sapientie. q̄dā v̄o in aliquo alio ḡie puta i genere scientie n̄alis vel mathematice. Videtur enim secundum p̄mum aspectum q̄ non sint unius generis cum substantie materiales et immateriales nō eodem modo cognoscantur. Deinde cum dicit. Et hoc idē quoque &c. multiplicat questiones ex parte s̄b̄. Et ponit duas pōnes quarum prima est utrum dicendum sit q̄ sint solum substantie sensibiles ut antiqui nales posuerunt vel etiam p̄ter substantias sensibiles sicut alie substantie imales et intelligibiles ut posuit Plato. Secunda questio est si sit aliqua substantie sepeate a sensibilibus. utrum sint unite. i. unius generis statum aut sint plura genera talium substantiarum sicut quidam attendentes duplicē abstractionē scilicet universalis a particulari et forme mathematice a materia sensibili posuerunt utrumq̄ genus subsistere. Et ita ponebant substantias sepeatas que sunt universalia abstracta substantia inter que et substantias sensibiles particulares posuerunt mathematica substantia sepeata scilicet numeros magnitudines z figuras. De istis igitur questionibus sicut nūc movetur perferendum est inferius. Primo quidē disputative. et oium determinando veritatem. Deinde cum dicit. Et utrum circa substantias &c. Inquirit utrum cōside ratio huius scientie de accidentibus sit. Et ponit tres questiones quarum p̄ma est utrum speculo huius scientie sit solum circa substantias. p̄pter hoc quod dicitur philosophia s̄b̄ aut etiam sit cō ea que per se substantiis accidentant eo q̄ ad eandem scientiam pertinere videtur ut consideret subiectum et p̄ se accidentia subiecti. Secunda questio est utrum h̄ scientia consideret d̄ quibusdam q̄ videt eē p̄ se accidentia entis z cōsequi omnia etia scilicet d̄ eodē z dīve s̄o s̄ mili z dissimili et d̄ cōtrarietate z de priori z posteriori et omnibus aliis huiusmodi d̄ quibus dyalectici tractant qui habet considerationem d̄ omnibus. Sed tamē d̄ huius p̄feratur n̄ ex necessariis. s̄ ex p̄babilibus. Et una enim p̄te videt q̄ cū sint communia p̄tineant ad philosophum p̄mum. Et alia p̄te videt q̄ ex quo dyalectici ista considerant quorum est ex p̄babilibus p̄cedere q̄ n̄ p̄tineant ad considerationē philosophi cuius est d̄mōstrat. Tertia questio est cum ad ista cōmūna accidentia etis q̄dam p̄ se cōsequant. ut p̄ philosophum p̄tineat cōmūna quodq̄ horū solū p̄siderat q̄d est aut et illa



que consequuntur ad ipsa puta utrum unum uni  
sit contrarium.

## Utrum prin

cipia et elementa etc. Postquam philosophus movet questiones pertinentes ad modum considerandi huius scientie. Sic movet questiones pertinentes ad res de quibus ista scientia considerat. Et quia ista scientia considerat de principiis primis ut in primo dictum est. ideo movet hic questiones de principiis rerum. Prima autem res principia ponebatur et species et mathematica. Unde primo movet questiones pertinentes ad species. 2<sup>o</sup> questiones pertinentes ad mathematica ibi. Adhuc autem utrum numeri et longitudines etc. Circa primum duo facit primo querit que sunt principia. Secundo qualia sunt ibi. Amplius autem utrum principia numero aut specie determinata etc. Quia vero principia ponebantur univervalia separata primo queritur utrum univervalia sint principia. Secundo utrum res separate sint principia ibi maxime vero querendum est etc. Circa primum ponit duas questiones quarum prima est utrum genera sint principia et elementa rerum aut ea in qua sicut in ultima dividitur quodcumque singulare et ens. Et ratio huius dubitationis est quia elementum est ex quo primo componitur res et in quod ultimo dividitur. Invenitur autem duplicem modum compositionis et divisionis scilicet secundum rationes prout species resolvuntur in genera. Et secundum hoc videntur genera esse principia et elementa ut Plato posuit. Alio modo secundum naturam sicut corpora naturalia componuntur ex igne aere et aqua et terra et in hoc resolvuntur. Et propter hoc naturales posuerunt esse prima principia et elementa.

Secunda questio est supposito quod genera sint principia rerum utrum principia sint ultima univervalia dicta de in dividuis scilicet species specialissime quas genera appellat secundum platoniorum consuetudinem quia continent sub se plura individua sicut genera plures species aut magis sint principia prima generalissima ut puta quid sit magis principium utrum animal vel homo qui est principium quoddam secundum platonios et magis vere ens quam singulare. Oritur autem hec dubitatio propter duas divisiones rationis quarum una est secundum quas genera dividimus in species. Alia vero est secundum quas species resolvimus in genera. Semper enim videtur illud quod est ultimus terminus divisionis esse primum principium et elementum in

incomponendo. Deinde cum dicit **Ma** xime vero querendum est etc. Querit de principis ex parte separationis. Et movet quatuor questiones quarum prima est Utrum primi naturales posuerunt solum causam materialem utrum aliquid aliud preter materiam sit causa secundum se aut non. Secunda questio est supposito quod aliquid preter materiam sit causa utrum illud sit separabile a materia sicut posuit Plato aut non sicut posuit. Pythagoras. Tertia questio est si est aliquid separabile a materia utrum sit unum tantum sicut posuit Anaxagoras aut plura numero sicut posuit. Plato et Aristoteles. Quarta questio est utrum aliquid sit preter synolon. id est simul totum aut nihil aut in quibusdam sit aliquid et in quibusdam non et qualia sint in quibus sint et qualia in quibus non. Exponit autem quid sit synolon vel simul totum id est quando predicatur aliquid de materia. Ad cuius intellectum considerandum est quod Plato posuit homines et equos et ea que sic predicantur esse quasdam formas separate. Per hoc autem homo predicatur de sorte vel Platone quod materia sensibilis participat formam separatam et est quod addit predicatur de materia. Sor. g. l. Plato dicit synolon l. simul totum quia constituitur per hoc quod materia participat formam separatam. Et est quasi quoddam predicatur de materia. Querit ergo philosophus hinc utrum quod quid est individui sit aliquid aliud preter ipsum individuum vel non aut etiam in quibusdam est aliud et in quibusdam non aliud. Quam quidem questionem philosophus determinabit in. vii. Deinde cum dicit Amplius autem utrum principia etc. Movet questiones circa modum existendi principia. Et quia ens dividitur per unum et multa per actum et potentiam primo querit quomodo sint principia secundum unitatem et multitudinem. Secundo quomodo sint secundum actum et potentiam ibi. Et potestate aut actu. Circa primum movet quatuor questiones quarum prima est utrum principia sint determinata secundum numerum aut secundum speciem puta quia dicuntur tria esse principia etc. Potest autem intelligi ut quia sit determinata secundum numerum ita. scilicet quod sola una numero forma sit principium etc. et sola una numero materia et generatio. Et potest intelligi quod sit determinata secundum speciem ita. scilicet quod sint multa principia materia que proveniant in specie materialis principii et sic de aliis. Et quia quidam philosophorum assignabant causas formales sicut platonici quidam autem solas causas materiales sicut antiqui naturales addit quod ista



**imum ergo**

questio habet locū rōib<sup>9</sup>. i. in cāis formali-  
bus et i subiecto. i. i cāis mālib<sup>9</sup>. Secūda qō  
ē utrū corruptibiliū et incorruptibiliū sit ea  
de p̄cipia aut diuersa. Et si sit diuersa utz  
oia sit icorruptibilia uel corruptibiliū p̄ci-  
pia sit cōruptibilia et icōruptibiliū icorrupti-  
bilia. Tertia qō ē utrū unū et es significēt  
ī hāz sōas rerū et nō aliqd additū aliō. s. sōaz  
rerū sic dicebāt pictagorici et Plō uel nō si  
gnificēt ipāz sōaz rerū sed sit aliquid aliud  
subiectum unitati et entitati. s. ignis aut aer  
aut aliquid aliud ut antiqui natu ales posue-  
ru ut. Sic at qōnem dicit eē difficillimā et  
maxime dubitabilem quia ex ista qōne depē-  
det tota opinio Platonis et Dictagore qui  
ponebant numeros esse substantiam rerum

Quarta questio est utrū principia rerum  
sint sicut quedam uniuersalia uel sicut aliq̄  
singularia. i. utrū ea que ponunt esse princi-  
pia hēant rōnem principii secūdū rōne uni-  
uersalem uel secundum q̄ unūq̄q̄ eorum  
est aliquid et singulare. Deinde cū dicit  
Et potāte aut actu rē. Querit utrū p̄cipia  
sit secūdū potētū ul secūdū actum. Et h qō  
maxime uelur pertiere ad p̄cipia mālia p̄-  
eni eē dubita<sup>9</sup> utrū primū māle p̄cipiū sit  
aliquid corp<sup>9</sup> iactu ut ignis aut aer ut anti-  
q̄ nales p̄suerunt aut aliqd exis in pō tan-  
tum ut Plato posuit. Et quia motus est ac-  
tus existentis in potentia et est quodāmodo  
medium inter potentiam et actum ideo ad-  
iungit aliam questionem. Vtrum princi-  
pia sint cause rerum solum secundum motū  
sicut naturales posuerunt sola princi-  
pia motus uel materialia uel efficientia uel etiam  
sint principia aliter q̄ per motum sicut Pla-  
to posuit per quādam participationem hu-  
ius sensibilis ab immaterialibus causa-  
ri. Hās autem questiones ideo se mouisse  
dicit quia magnam dubitationem habent  
ut patet ex discordia philosophorum circa  
eas. Deinde cum dicit Ad hec aut utz nū  
Diuert qōnes pertinētes ad mathematica  
que quidē principia rerum ponunt. Et mo-  
uet duas qōnes quarū p̄ma ē utrū numeri et  
longitudines et figure et puncta sint quedaz  
substantie ut pictagorici uel Plomici posue-  
runt uel non sic posuerunt naturales. Se-  
cūda questio est si sunt substantie utrum sint  
separate a sensibilibus ut posuerunt Plato-  
nici aut i sensibilib<sup>9</sup> ut pictagorici. Nouent  
autem questiones iste tanq̄ disputande in-  
fra et determinande quia in his non solum  
difficile est ueritatē inquirere sed etiam non  
est facile benedubitare de eis iuicendo. s. p̄-  
babiles rōnes dubitatōis.

de quib<sup>9</sup> in p̄mis dixim<sup>9</sup>. Postq̄  
p̄hs mouit qōnes q̄ faciūt dubita-  
tionem in ista scientia. Sic incipit de eis dis-  
putare et diuidit in p̄es tres. In prima dis-  
putat de questionibus pertinentibus ad con-  
siderationem hui<sup>9</sup> scientie. In secunda de  
questionibus p̄tinentib<sup>9</sup> ad sōas ibi. Ampli<sup>9</sup>  
aut utrū sensibiles sōe rē. In tertia pte de qō-  
nibus p̄tinentibus ad p̄cipia substantiarū ibi  
Et de p̄cipiis utrū oporteat ḡna et c̄tra rē  
Circa p̄mū tria facit. Primo. n. disputat de  
consideratione huius scientie q̄tum ad eis  
p̄ q̄s demōstrat. Secūdo q̄tum ad prima de  
monstrationis p̄cipia ibi. At uero de p̄ci-  
piis demōstrationis rē. Tertio q̄tum ad  
ipsas substantias ibi. Totaliter que substan-  
tiarum utrum vna est rē. Circa primū duo  
facit primo enim resumit questiones de qua  
disputare intendit concludens ex ipso enue-  
rationis ordine q̄ primo disputandum est  
de illis de quibus p̄mū dictus est in enume-  
ratione questionum utrum. s. ad unam scien-  
tiam uel ad plures pertineat speculari omnia  
genera causarum ut sic ordo disputationis  
ordini questionum motarum respondeat rē  
ibi. Unius enim scientie rē. Ponit ratiōes  
ad questionem. Et circa hoc tria facit. Pri-  
mo enim ponit rationem ad ostendendum  
q̄ considerare omnia genera causarum nō  
pertineat ad unam scientiam. Secundo mo-  
uet alteram questionem. supposito q̄ ad  
diuersas scientias pertineat diuersa genera  
causarum considerare cuius cause conside-  
ratio pertinet ad p̄mū p̄mū. Et disputat ad  
diuersas questionis ptes et hoc ibi. At uero  
si scientie causarū sunt plures rē. Tertio et  
hac disputatione secūda concludit cōclusiōes  
p̄marum rationum ibi. Quia propter uide-  
tur alterius esse scientie rē. Circa primū  
ponit duas rationes. dicens q̄ cum unius  
scientie sit considerare contraria quomodo  
erit unius scientie considerare p̄cipia cum  
non sit contraria. Que quidem ratio si secū-  
dam sufficiez cōsideretur nullius uidet esse  
momentū. Videt enim p̄cedere ex destructiōe  
antecedētis ac si sic argumētaret. Si p̄cipia  
sūt p̄ria sunt unī scientie. ergo si nō sunt p̄-  
ria non sunt unius scientie. Posset ergo di-  
ci q̄ p̄hs in his disputationibus non solum  
probabilibus rationibus utitur. sed et iter-  
dū sophycis ponēs rationes que ab aliis in-  
ducebantur. Sed non uidetur esse rationa-  
bile q̄ in tanta re. tantus philosophus tam  
siuolam et parum apparentem rationem



indurisset. *¶* Si aliter dicendum est quod si quis recte considerat naturam diversorum que ad eandem scientiam pertinent, quedam pertinent ad unam scientiam secundum sui diversitatem, quedam vero secundum quod reducuntur ad aliquod unum. Multa quod alia diversa inveniuntur pertinent ad unam scientiam secundum quod reducuntur ad aliquod unum, puta ut ad unum totum vel ad unam causam vel ad unum subiectum. Sed contraria et alia habet opposita pertinent ad unam scientiam secundum se ipsa, eo quod unum est ratio cognoscendi alterius. Et ex hoc efficitur ista propositio probabilis quod omnia diversa que sunt propria pertinent ad unam scientiam. Unde sequitur si principia sunt diversa et non sunt propria que non pertinent ad unam scientiam. Secunda ratio ponitur ibi. Amplius autem multis exiit ratio. Quae talis est. Diversorum pertinentium ad unam scientiam quodcumque scientia considerat unum considerat et alio ut patet in primis quorum diversitas secundum se pertinet ad unam scientiam non per reductionem ad aliquid unum sed non quodcumque scientia considerat unam cumque considerat omnes causas ergo consideratio omnium causarum non pertinet ad unam scientiam minorem probat per hoc quod diverse scientie sunt de diversis entibus et multa entia sunt quibus non possunt attribui omnes cause. Quod primo manifestat in causa que dicitur unde principium motus. Non enim videtur quod possit esse principium motus in rebus immobilibus. Ponuntur autem que dam entia immobilia et precipue secundum philosophos ponentes nudos et substantias separatas. Unde si quis scientia de his considerat non potest considerare de causa que est unde principium motus. 2. manifestat idem de causa finali que habet rationem boni. Boni, enim natura non videtur posse inveni in rebus immobilibus si habet procedat quod omne quod est bonum secundum se et per se sua natura est finis. Et hoc modo causa est in quantum per ipsam et causa est omnia sunt et sunt. Dicit autem in quod est bonum secundum se et propter suam naturam ad excludendum bonum utile quod non dicitur de fine sed magis de eo quod est ad finem. Unde que sic solum dicuntur bona in quantum sunt utilia ad aliud non sunt bona secundum se et propter suam naturam sicut portio amara non est secundum se bona, sed solum secundum quod ordinatur ad finem sanitatis, que est secundum se bona. Finis autem et cuius causa sit aliquid videtur esse terminus alicuius actus. Omnes autem actiones videtur esse cum motu ergo videtur sequi quod in rebus immobilibus non possit esse hoc principium scilicet causa finalis que habet rationem boni. Et quia que sunt per se existentia absque materia necesse est quod sint immobilia ideo non videtur esse possibile quod sit aliquid antoagaton id est per se bonum ut Plato ponebat. Omnia enim immaterialia

et non participata vocabatur per se existentia sicut ydeam hominis vocabatur hominem per se quasi non participatum in materia. Unde et per se bonum dicebat id quod est sua bonitas non participata. scilicet primum principium omnium. Et ad hanc rationem confirmandam inducit quoddam signum. Ex hoc enim quod finis non potest esse in rebus immobilibus videtur procedere quod in scientiis mathematicis que abstrahunt a materia et motu nihil probatur per hanc causam sicut probatur in scientia naturali que est de rebus mobilibus aliquid per rationem boni. Sicut cum assignamus causam quare homo habet manum quia per eas melius potest exequi conceptiones rationis. In mathematicis autem nulla demonstratio fit hoc modo quod hoc modo sit quia melius est sic esse aut deterius si ita non esset. Dura si diceret quod angulus in semicirculo est rectus quia melius est quod sic sit quam quod sit acutus vel obtusus. Et quia posset forte aliquis esse alius modus demonstrandi per causam finale, puta si diceretur si finis erit necesse est id quod est ad finem procedere ideo subiungit quod nullus omnino in mathematicis facit mentionem alicuius talium pertinentium ad bonum vel ad causam finalem. Propter quod quidam sophiste ut Aristippus qui fuit secta epicurorum omnino neglexit demonstrationes que sunt per causas finales reputans eas viles ex hoc quod in artibus illiberalibus siue mechanicis ut in arte tectonica id est edificatoria et coriaria omnium rationes assignantur ex hoc quod est aliquid melius vel deterius in mathematicis vero que sunt nobilissime et certissime scientie nulla fit mentio de bonis et malis.

Deinde cum dicit *¶* Ut vero si scientia ratio. Interponit aliam questionem et primo proponit eam. Et habet duas partes prima enim pars questionis est, si diverse cause considerentur a pluribus scientiis ita quod altera scientia sit alterius cause consideratiua que illarum debet dici scientia que queritur id est philosophia prima utrum scilicet illa que considerat causam formalem aut que considerat causam finalem vel que considerat aliquid aliarum. Secunda pars questionis est, si alique res sint que habeant plures causas quis maxime cognoscit rem illam eorum qui considerant illas causas. Secundo cum dicit. Contingit enim eidem ratio. Manifestat partem secundam questionis per hoc quod una et eadem res invenitur que habet omnes modos causarum sicut domus causa unde principium motus est ars et edifi-



ficator. Id vero cuius causa vel finis causa domus est opus. i. ut eius quod habitatio. Causa vero sicut materia est terra ex qua sunt lateres et lapides. Causa vero sicut species vel forma est ipsa domus quam artifex percipit in materia ponit. Tertio ibi dicitur et dudum determinatis rebus. Res sunt questiones. scilicet quod dicitur scientiarum possumus vocare sapientiam secundum ea que de sapientia prius determinauimus in principio libri unum. scilicet illas que considerat causam formalem vel que considerat causam finalem vel aliquam aliarum causarum. Et ponit consequenter rationes ad singulas trium causarum dicens quod ratio quedam videtur quod dicitur qualibet scientia. i. que est per quocumque causam quod appellatur uo nomine sapientie. Et primo quantum ad scientiam que est per causam finalem. Dicitur est enim in principio libri quod ista scientia que sapientia dicitur est maxime principalis et ordinativa aliarum. quod dicitur subditarum. Sic igitur in quantum sapientia est senior. i. prior ordine dignitatis est principalior quadam auctoritate ordinandi alias quia non est iustus qualis scientie contradicant ei sed ab ea accipiant sua principia sicut ei seruientes uidentur quod illa scientia que finis est et boni. i. que procedit per causam finalem sit talis que sit digna nomine sapientie. Et hoc ideo quod omnia alia sunt per finem. Unde finis est quodammodo causa omnium aliarum causarum. Et sic scientia que procedit per causam finalem est principalior. Cuius signum est quod artifex ille ad quos pertinent fines principiant et precipiunt aliis artibus sic gubernatoria manufacturum. Unde si sapientia est principalis et preceptiua respectu aliarum marie ut quod procedat per causam finalem. Deinde dicitur rationem de causa formali: Dicitur enim in principio libri quod sapientia est principium causarum et eius quod est maxime scibile et quod est maxime certum: Et scilicet hoc ut quod sit substantior. i. per causam formalem que inter diuersos modos sciendi magis dicitur sciri illum qui scit aliquid esse quam qui scit aliquid non esse. Unde et in posterioribus philosophus probat quod demonstratio affirmatiua est potior quam negatiua. Inter eos autem qui sciunt aliquid affirmare unum alio magis dicimus scire. Sed inter omnes maxime dicimus scire illum qui cognoscit quid est res. non autem quis scit quanta est uel qualis et quid possit facere uel pati. Sic igitur in cognoscendo ipsam rem absolute perfectissimum est scire quid est res quod est.

Scire substantiam rei. Sed etiam in aliis cognoscendis puta proprietatibus rei magis dicimus scire singula de quibus sunt demonstrationes quando etiam de ipsis

accidentibus uel proprietatibus scimus quod quid est quia quod quid est non solum inuenitur in substantiis sed etiam in accidentibus. Et ponit exemplum de tetragonisino id est de quadratura superficiei eque distantium laterum non quadrate quam quadrare dicimus cum inuenimus quadratum ei eque quale. Cum autem omnis superficies eque distantium laterum et rectorum angulorum ex duabus lineis contineatur que rectum continent angulum ita quod totalis superficies nihil est aliud quam ductus unius earum in alia tunc inuenimus quadratum eque superficiei predictae. quando inuenimus lineam que sit media in proportione inter duas lineas predictas. Dicitur si linea. a. ad lineam. b. se habeat sicut linea. b. ad lineam. c. quadratum lineae. b. est eque superficiei que continetur in. c. et. a. ut probatur in. vi. Euclidis. Et apparet manifeste in numeris. Sex enim est medius in proportione inter nouem et quatuor. Nouem enim se habet ad sex in proportione sex qui altera et similiter sex ad quatuor. Quadratum autem sextarii est xxxvi. Quod etiam perficitur ex ductu quaternarii in nouenarium. Quater enim nouem sunt xxxvi. Et simile est in omnibus aliis. Deinde ponit rationem de causa mouente. Videmus enim quod circa generationes et actiones et circa omnem transformationem maxime dicitur aliquid scire quando cognoscimus principium motus eo quod motus nihil est aliud quam actus mobilis a mouente. ut dicitur in tertio philosophorum. Pretermittit autem de causa materiali. quia illa imperfectissime se habet ad hoc quod sit principium cognoscendi. Non enim fit cognitio per id quod est in potentia sed per id quod est in actu ut infra in nono dicitur. His igitur positis ad secundam questionem pertinentibus inducit rationem ex eisdem rationibus supra positis ad primam questionem scilicet quod alterius scientie sit considerare omnes istas causas eo quod in diuersis rebus diuersae cause uidentur habere principalem sicut in mobilibus principium motus in scibilibus quod quod est. finis autem in his que ordinantur ad finem. Hinc autem quod Aristoteles in sequentibus expressit solueri non inuenitur. Ad tamen eius solutio ex his que ipse fertur in diuersis locis determinat colligi. Determinat enim quod ista scientia considerat ens in quantum est ens. Unde et eius considerat re primas substantias non autem scientie naturalis quia supra substantiam mobilem sunt alie substantie. Omnis autem substantia uel est ens per se ipsam si sit forma.



tantiū uel sit cōpōita ex materia et forma est  
 ens p suā formā. Vñ iqtū hec scientia ē cō  
 sideratiua ētis cōsideratīe marie causā forma  
 le. Prime autē substantie nō cognoscitur a  
 nobis ut sciam⁹ de eis qd qd ē ut pōt aliqū  
 haberi ex his q in ix. determinant. Et sic i ca  
 rā cognitiōe nō habz locū cā formal. Sed  
 q̄uis ipse sit imobiles scōz seipās si tū cā mo  
 tus alioz p mōz finis. Et iō ad hanc sciam  
 iqtū ē cōsideratiua pīnaz substātiāz p̄cipue  
 p̄tinet cōsiderare cām finalem et ēt aliq̄liter  
 causā mouētē. Causā autē materia ē secū  
 dū seipās nullo mō quia materia nō puenit  
 enter causa est entis s; alicuius determinati  
